UNIVERSAL
LIBRARY

OU_220708

UNIVERSAL
LIBRARY

OSMANIA UNIVERSITY LIBRARY

Call No. 220/B88. V. 1. Accession No. 11174

Author Bible

Title Veteris et novi Testamenti

This book should be returned on or before the date last marked below.

# ULFILAS.

## VETERIS ET NOVI TESTAMENTI
## VERSIONIS GOTHICAE

**FRAGMENTA QUAE SUPERSUNT**

AD FIDEM CODD. CASTIGATA LATINITATE DONATA ADNOTATIONE CRITICA INSTRUCTA

CUM

GLOSSARIO ET GRAMMATICA LINGUAE GOTHICAE

CONIUNCTIS CURIS EDIDERUNT

**H. C. DE GABELENTZ ET Dr. J. LOEBE.**

**VOLUMEN I. TEXTUM CONTINENS.**

ADIECTAE SUNT TABULAE DUAE LAPIDE EXPRESSAE.

LIPSIAE

APUD F. A. BROCKHAUS.

1843.

# ULFILAS.

## VETERIS ET NOVI TESTAMENTI

# VERSIONIS GOTHICAE

### FRAGMENTA QUAE SUPERSUNT

AD FIDEM CODD. CASTIGATA LATINITATE DONATA ADNOTATIONE CRITICA INSTRUCTA

CONIUNCTIS CURIS EDIDERUNT

**H. C. DE GABELENTZ ET Dr. J. LOEBE.**

ADIECTAE SUNT TABULAE DUAE LAPIDE EXPRESSAE.

LIPSIAE

APUD F. A. BROCKHAUS.

1843.

# *Addenda atque emendanda.*

## I. In prolegomenis.

p. IX. Ad ea, quae initio de Ulfilae aetate et vita verbis paucis narravimus, nunc ex libello a Knustio Parisiis invento et a Waitzio descripto et edito (*Ueber das Leben und die Lehre des Ulfila*, Hannover 1840, 4) haec addimus: Ulfilas, circiter annum 318 natus, praetervectus reliquos gradus ecclesiasticos anno 348 e lectore episcopus Gothorum factus est. 355 cum multis suorum e regione transdanubiana emigravit et sub Haemi radicibus consedit. Constantinopoli autem, in quam urbem jam anno 360 profectus esset et quam anno 388 hoc consilio revisisset, ut contemtam condemnatamque suorum fidem defenderet, morbo correptus obiit. Vide libr. laud. p. 34 seqq. In eodem libello p. 17 etiam testamentum fidei continetur, quod Ulfilas moribundus fecit.

— XIII. l. 30 lege: *gudilub*, pro *guþilub*, et l. 32 *Gudilub* pro *Guthilab*. Ceterum Massm. (Die goth. Urkund. von Neapel u. Arezzo, Wien 1838. p. 18) pro *frabauhta boka* male junctim scribit *frabauhtaboka* (sic esse debebat *frabauhtiboka*), neque propterea eius interpretatio verborum huius monumenti probari potest.

— XIV. l. 7 *pro* nostra *lege* nostrae.

— XV. l. 12 sq. Quae Castillionaeo auctore de loco Tim. 1, 3, 16 diximus, falsa sunt, vide adnotationem ad hunc ipsum locum; neque, praesertim cognito libro illo a Waitzio edito, ullum relinquitur dubium, quin Gothi fuerint Ariani, vid. Waitz. p. 40 sqq. 56.

— — col. 1. Nota *) delenda est, vid. nostra: Beiträge zur Textberichtigung der Skeir. p. 41 sq.

— XIX. Testimonia duplicis recensionis in evangelio Lucae videntur esse etiam haec: 9, 34 ante lectionem marginalem *at ïn in milhnam atgaggandam* legitur *jah*, quod otiosum esse ad h. l. diximus; fortasse illud *jah* non pertinet ad textum sed est glossatoris, quo indicare volebat *legi etiam at ïn ïn m. a.* Pariter 17, 6 *aiþþau jus jabai* explicandum est; verba ea prius in margine scripta fuisse et ad *jabai* pertinuisse videntur, et glossator dicere volebat: *jabai aut* (i. e. *aiþþau*) *addito pronomine jus jabai*, ut vera sit huius loci lectio: *jabai* (sive *jus jabai*) *habaidedeiþ galaubein sve kaurno sinapis, qiþeiþ du hainabagmà* cet.

— XX. l. 1 *post* obviorum *adde:* et verborum usitatorum diversa significatio [57b]).

— — col. 1 l. 10 *post* 56 *adde: mid* in compositione verborum.

— — col. 1 l. 17 *post* olere) *adde*: *usraisjan* 8, 24 pro *urraisjan*.

— — col. 1 l. 23 *post* manasedai *adde: qeins* 1, 5. 17, 32. *dupei* 7, 7. *visseis* 19, 22.

— — col. 2 ante notam 58) adde: 57b) *aftra τὰ ὀπίσω* 9, 62. *gaþrafsteins ἄφτασις* 4, 19. *fraletan ἀποστέλλειν* 4, 19. *fraqiþan ἀθετεῖν* 7, 30 h. l.

— XXI. Epistolarum duplicem recensionem in cod. A et B contineri Cast. ad Tim. 1, 2, 6 negat, quod cod. A *plerumque* cum cod. B concinat. Sane sunt loci, ubi uterque codex eandem continent lectionem, quamquam qui locos a Castillionaeo citatos diligenter examinat, eorum numerum multo minuendum esse videbit; sed esse etiam, eosque non „*admodum paucos*," uti Cast. ait, quibus discrepent, quis intelligens atque prudens negabit? Has autem lectionis diversitates nuncupavimus vestigia recensionis duplicis vel revisionis, non versionis plane novae, uti Cast. nos intellexisse videtur. Neque nobis, nos errasse, Castillionaeus tam facile persuasit, quam Massmanno MGA. 1840. p. 137.

**

p. XXI. col. 2 l. 3 adde: Ceterum in textu evangelii Iohannis singularia fere haec inveniuntur: *duhþe* pro *duþe* (quod etiam 6, 65. 8, 47 legitur) aut *duþþe*, vid. Glossar. voc. *þata;* usus frequentissimus particularum *þaruh* et *þanuh* pro graeco ὅτι et καί, vid. Glossar. hh. vv.; *uh* encliticum et *þe* relativum ad reddenda participia graeca, vid. Glossar. voc. — *uh* et Grammat. ubi de participio agitur; usus particulae *ïþ* in sententiis adversativis, ubi textus graecus non agnoscit, vid. ad Ioh. 6, 58; usum particulae *ïþ* pro graeco εἰ conditionali Iohannes cum Luca communem habet.

— XXIII. col. 2. not. 76 pro „alteram — incipit" lege: alteram, ad Ephesios, ad Thessalonicenses alteram, ad Timotheum priorem (ad h. l.) et ad Titum; abrupte incipiunt epistolae ad Galatas et, quia cod. A inscriptiones et subscriptiones non habet, ad Timotheum altera.

— — col. 2 not. 78 post *Colossenses* adde: ad Thessalonicenses alteram.

— XXIV. — 1 l. 8 post *Cor.* adde: 1, 15, 58.

— — — 1 l. 11 post Thess. 1, 3, 1 adde: Philem. 12.

— — — 1 l. 30 post (11) adde: ad 6, 11 *ib* (12).

— — — 2 l. 2 fin. adde: 2, 3, 6 *c* (5). 16 *q* (6). Tim. 1, 2, 1 *d* (4). 5, 3 *ta* (11). 6, 11 *ts* (17). 2, 2, 14 *e* (5). 4, 1 *h* (8).

— XXVIII. l. 26 *pro* syriaca *lege* syriacam.

— XXXII. l. 29 *pro* 1678 *lege* 1690.

— XXXIII. l. 12 *pro* „et fragmenta — Philemonem" *lege:* alterius ad Thessalonicenses 1, 1—2, 4. 3, 7 — fin. epistolae; prioris ad Timotheum 1, 1—9. 18—4, 8. 5, 4—6, 13. alterius ad Timotheum 1, 1—18. 2, 21—4, 16. Tit. 1, 9—2, 1. Philem. 11—23.

— — l. 24 *pro* „deinde fragmenta — Titum," *lege:* alterius ad Thessalon. 1, 1—5. 2, 16 — fin. epistolae; prioris ad Timotheum 1, 1—3, 5. 4, 1—5, 10. 5, 21—6, 16. alterius ad Tim. 1, 5—4, 11. ad Titum 1, 1—10.

— XXXIV. l. 4 *pro* 28 sqq. *lege:* 8—42.

— XXXV. col. 2 l. 31 adde: Gothicae versionis epistolarum D. Pauli ad Thessalonicenses secundae, ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, quae supersunt etc. edidit C. O. Castillionaeus Mediol. 1839.

— XXXVI. l. 23 *pro wh lege: hw.*

## II. In textu.

p. 2 l. 7 pro *ïth* lege *ïþ.*

— — — 15 — *stauin* — *stauïn.*

— 11 — 16 — *þiswaduþ* — *þiswuduh.*

— 13 — 14 — *þanuþ* l. *þanuh.*

— 17 — 11 — *gardavaldand* l. div. *garda valdand* (vid. ad Tim. 1, 5, 14).

— 27 — 12 marg. adde 66.

— 55 — 14 pro *afgaggandam* l. *atgaggandam.*

— 95 — 7 — *þiuþ spilloda* l. ict. *þiuþspilloda.*

— 98 — 9 — *vaila merjan* l. ict. *vailamerjan.*

— 100 — 17 — eodem l. idem.

— 109 — 7 et 8 — *nihþan* l. div. *nih þan.*

— 114 — 10 — *stauides* l. *stauïdes.*

— 121 — 9 — *nihþan* l. div. *nih þan.*

— 127 — 17 — *guþ* l. *guþs.*

— 132 — 9 — *gardavaldands* l. div. *garda valdands* (vid. Addend. ad p. 17, 11).

— 156 — 1 — *du* l. *þu.*

— 198 — 3 — *stoþuh* l. *stoþuh.*

— 207 — 9 — *Innunin* l. *Innumin* (vid ad Col. 1, 29).

— 210 — 7 — *andstandi* lege *andstandiþ* (cf. ad Cor. 2, 13, 3).

— 213 — 6 — *andjans* l. *andins* (Cast. Addend. ad Thess. II. p. 65).

— 214 — 7 — *vast* l. *varst* (Cast. Addend. p. 65).

— 219 — 7 — *dragkameim* l. *drugkameim* (vid ad Gal. 5, 21).

p. 221 l. 10 primum post numerum 22 pone 23, deinde pro *gaïus* l. *gaius.*
— 222 — 4 pro *gaïu* l. *gaiu* (nam *i* sine punctis in codice A scriptum esse Cast. dicit).
— 224 — 11 — *ushrainaiþ* l. *ushraineiþ* (sic enim cod. A vere habet; Cast. Add. p. 66).
— 226 — 9 — *kant* l. *kannt* (nam sic utroque loco in cod. legitur; Cast. Add. p. 66).
— — — 11 — *ainwarjizoh* l. *ainwarjatoh* (vid. Cast. Add. p. 66).
— 228 — 11 — *Þai* l. *Þa.*
— 230 — 11 — *fairainan* l. *fairaiþan* (sic cod., Cast. Add. p. 66).
— 253 — 7 — *bistiggq* l. *bistuggq* (vid. Cast. Add. p. 67).
— 258 — 2 — *gagreiftai* l. *gagreftai* (vid. Cast. Add. p. 67).
— — — 9 — *ana* l. *and* (sic in cod. B scriptum esse videri Cast. in Add. p. 68 dicit, dum in cod. A *ana* videatur; sed *and* solum est rectum).
— 267 — 8 — *frijonda* l. *frijoda.*
— 272 — 11 — *baidis* l. *baideis* (sic cod., Cast. Add. p. 69).
— 290 — 13 — *alizu* l. *wazu* (sic, omisso *h* in fine, in cod. scriptum esse nunc Cast. Add. p. 69 dicit).
— 305 — 9 — *vaurstv þatei þmana* l. *vaurstva sei þna* (sic Cast. nunc in cod. legit, vid. Add. p. 70).
— 308 — 7 — *saggvam* l. *saggvim* (sic in cod., Cast. Add. p. 70).
— 309 — 5 — *skaþaila* l. *skaþula* (sic cod. B, Cast. Add. p. 71).
— 311 — 5 — *unsveibandanei* l. *unsveibandans* (sic cod. B, Cast. Add. p. 71).
— 314 — 10 sq. pro *in unhrainiþa ak in veihiþa* l. *du unhrainiþai ak du veihiþai* (sic cod., Cast. Add. p. 71).
— 316 — 3 pro *blissoþ* l. *biqimiþ* (sic cod., Cast. Add. p. 71).

## III. In versione latina.

p. 11 l. 9 *pro* sustulit *lege* tulit.
— 12 — 7 — ventibus *l.* ventis.
— 30 — 10 — ut — imperet et obediant *l.* quod — imperat et obediunt.
— 36 — 4 — pro se *l.* apud eum.
— 39 — 6 — nostis *l.* noveritis.
— 55 — 9 — audite *l.* audiatis.
— 64 — 4 — Bartimaei *l.* Bartimaeus.
— 68 — 3 — caput *l.* capite.
— 72 — 5 *post* huius *adde* iam.
— — — 6 *pro* cognoscitis *l.* cognoscite.
— 92 — 4 — tum *l.* autem.
— 97 — 11 — attollunt *l.* tenent.
— 121 — 11 — in omni *l.* per omne.
— 124 — 11 — propter quod *l.* in quo.
— 143 — 8 — permolestet *l.* affligat.
— 159 — 3 — super *l.* in.
— 160 — 9 — descendit *l.* descendi.
— 178 — 8 — die *l.* diem.
— 185 — 7 — domine *l.* dominus.
— 186 — 12 — noctu *l.* nox.
— 189 — 2 — servatis *l.* servate.
— 192 — 7 — excusationes rectius *excusationem* leges.
— 210 — 10 — possibile, sustinens — patientia, *l.* validum, patiens — longanimitate.
— 211 — 1 — hunc non-dilectum dilectum, *l.* haec non-dilecta dilecta.
— 214 — 5 sq. *pro* fuisti — de his ramis, *l.* factus es — contra hos ramos.
— 219 — 8 et 11 *pro* enim *l.* quidem.
— 220 — 13 *pro* de Christo Iesu *l.* secundum Christum Iesum.
— 223 — 5 — ne quidem *l.* neque.
— 229 — 6 — stadio *l.* stadium.

***

p. 232 l. 10 *pro* edidit *lege* edit.
— 237 — 5 — veniuntur *l.* venimur.
— 240 — 4 comma post *literas* dele et post *probatis* pone.
— 247 — 1 *pro* cogitationis *lege* cogitationum.
— 253 — 6 — ministros *l.* ministri.
— 254 — 2 — dilatate *l.* dilatamini.
— 260 — 1 — nisi *l.* num.
— 270 — 7 — regiones *l.* regionem.
— 272 — 2 — sicut *l.* ut.
— 279 — 10 — autem *l.* enim.
— 284 — 6 — circumcisione *l.* circumcisio.
— 290 — 6 — similes deo *l.* imitantes deum.
— 292 — 3 — se gloriosum ecclesiae non habenti, *l.* sibi gloriosam ecclesiam non habentem.
— 300 — 4 — vos *l.* vobis.
— 304 — 5 — principium primogenitum *l.* principium, primogenitus (vid. Grimm Gr. IV, 469).
— 308 — 6 — grati *l.* gratificantes.
— 315 — 7 — autem *l.* enim.
— 316 — 9 — aedificate *l.* aedificetis.

## IV. In adnotationibus.

p. 2 col. 1 lin. 6 del. *omn.*
— — — 2 — 3 post. *rettinuit* adde: postea autem DM. p. 25 et Gr. I, 43 (3. edit.) *tibr* conjecit, quod etiam Ettmüller HLZ. 1838 No. 224 (in censura editionis nostrae) legendum esse existimat, sed vid. ad Glossar. v. *Aibr.*
— 3 — 1 — 17 post *Ulf.* adde: c. cod. 6 (uti Scholzius notat).
— 7 — 2 — 2 vide quae de *maisve afrizans* monuimus ad Gal. 2, 6.
— 9 — 2 — 6 post *loco* adde: c. codd.
— 10 — 1 — 2 pro *is* lege *is.*
— 12 — 2 — 7 pro *pluralis* leg. masculinum.
— 13 — 1 — 2 post *χοΐρους* adde: *hairda*] sec., Ulf. °τῶν χοίρων, quod sine dubio in codice suo legit, vid. de ciusmodi omissionibus ad L. 15, 24 et ad Tim. 1, 6, 6.
— 14 — 2 — 2 post 72 adde: Ioh. 13, 36 *andhafjands qaþ.* De simili notionis amplificatione vid. ad Cor. 1, 9, 25.
— 15 — 2 — 4 potius videtur *bipch* tantum abundare, *þan jah* autem significare *καί*, uti Thess. 1, 5, 25.
— 16 — 2 — 18 post 32 adde: *ut*] foras, °gr. omn. —
— 17 — 1 — 1 post 31 adde: Grimm. DM. p. 553 pro *unhulþo* legendum esse videtur *unhulþa,* sed vid. Glossar. h. v.
— 18 — 1 — 1 post 19 adde: *bugjanda*] emuntur, gr. omn. *πωλεῖται*, quod est *frabugjanda.* Deinde post *gr.* adde: omn.
— 19 — 1 — 12 post *invenisse* adde: nam quod Gal. 2, 1 graecum *διά* per *bi* redditur, idem est in temporis significatione, neque cum nostro loco comparari potest. Neque medetur loco Ettmüller l. l. si *bi siponjam* cum *qaþ* conjungit, nam sic quoque *bi* debet significare *per*, quod non significat, et *qiþan bi ainana* est dicere *de* aliquo.
— 21 — 1 — 17 post *azgom* adde: *idreigodedeina*] rectius scriberetur *gaidreigodedeina*, uti Luc. 10, 13 scriptum est.
— 25 — 1 — 4 post 16 adde: *þan*] Goth. °*τότε*, *þanuh*, quod fortasse a librario propter praecedens *þan* omissum est.
— — — 2 — — adde: 27, 44 *þatuh*] hoc, gr. omn. *τὸ δέ*, fortasse hoc *δέ* latet in *uh* enclitico, cf. ad Ioh. 18, 26 et ad Eph. 4, 32.
— 29 — 1 — 8 post *uslukanans* adde: (quod placet Grimm Gr. IV, 26 et Ettmüller l. l.).
— — — 2 — 15 pro 15 lege 14.
— 36 — 2 ad 3, 16. 17. primum diximus: pro *paitrus* secundum regulas grammaticas scribendum fuit *paitru*, id Ettmüll. l. l. dubitare non debebat; quod Grimm. Gr. IV, 622 dicit, recte habet de *haitan* et *vopjan*, non de *namnjan*, neque dubitamus, quin Gr. GGA. 1836 p. 1792 ubi dicit: nach den

Wôrtern *nauṇjan* wird immer der Nominativ construirt, de passivo cogitaverit. Nos autem recte adnotasse de *paltrus*, etiam L. 6, 14 loco gemello comprobatur, dicitur illic *þanei jah namnida paltru*. Deinde vs. 17 pro *Iakobau et Iohanne* dativis propter sensum *Iakobu* et *Iohannen* accusativos optabamus; pendere posse hos dativos a *gasatida*, quum subsequatur *jah gasatida* ïn, non cogitavimus, et si Ettmülleri sententia de hoc loco recta est, facere non possumus, quin Ulfilam sensui parum consuluisse dicamus.

p. 37 col. 1 lin. 5 post *αὐτοῦ* adde: *usgaistiþs*] Grimm Gr. IV, 26 *usgeistiþs* emendandum esse censet, vid. Glossar. v. *Geisan*.
— 41 — 1 — 3 post *omn.* adde: praeter cod. *e* ap. Mi.; is autem praecedentia aliter atque Gothus legit.
— 42 — 1 —11 post 31 adde: Luc.
— — — 2 —16 Hanc emendationem nostram, quam etiam Ettmüll. l. l. probavit et quae adeo certa est, ut omnes intelligentes assentire debeant, tamen Graff Aldh. Sprachsch. V, 36 sprevit et — quis credat? — editionum vitiosam lectionem (cf. etiam Bopp Vocalism. p. 102 *) tenet, neque ei' *usgaliþun* h. l. sensum pervertere videtur; quam quidem opinionem ei profecto nemo invidebit!
— 43 — 1 adde: 5, 21 *faura*] dicendum erat *faur*, vid. Gr. Gr. IV, 785. neque debebat hic vir doctissimus defendere *faura* citato loco L. 9, 47. cuius loci plane alia est ratio, quum enim *faur* sit nostrum an, an etwas hin, *faura* est vor, bei.
— 45 — 1 lin. 4 pro 3 leg. 5.
— 46 — 1 — 4 sq. pro *gaumaurjan* lege *gaumaurjam*.
— 50 — 1 —10 post posuit adde: *þammei*] quod, vid. ad Phil. 2, 24.
— 51 — 1 — 7 usque 9 delenda sunt verba, quae parenthesi inclusimus.
— 56 — 2 — 4 adde: *gavairþiþ*] proiicit, gr. ἐβλήθησαν, Ulf. c. cod. 12 ap. Mi.
— — — — —14 pro *valvnon*, *afwapnon*, *gafullnon* l. *volvnan*, *afwapnan*, *gafullnan*.
— 59 — 1 —11 adde: ceterum Ulf. pro ἀρτύσετε cum codd. ἀρτύσεται vel ἀρτυθήσεται legit.
— 62 — 2 — 1 de *vraka*, forma genuina, vid. ad Gal. 6, 12.
— — — — — 7 adde: *jah*] pr., Ulf. ° ἦν.
— 64 — 2 —13 pro 8 leg. 3.
— 65 — 1 — 4 adde: *attiuhits*] sine dubio falsum est et legendum *attiuhats*, uti 14, 13 *gaggats*. cf. 1, 17 *hirjats*.
— 67 — 1 post l. 3 adde: 11, 30. *andhafeiþ*] exspectabas *andhafiþ*, cf. Grimm Gr. I, 846 sq.
— 68 — 1 lin. 9 adde: *haubiþ vundan*] Grimm Gr. II, 578. IV, 623 legit ict. *haubiþvundan*, quod potius esse debet *haubidavundan; vundan* est accusativus formae debilioris a *vunds*, *haubiþ* autem accusativus, quem dicunt absolutum, vid. ad Ioh. 11, 44. igitur *haubiþ vundan* est capite saucium l. vulneratum, quod Heliand 149, 1 dicitur *an that hobid vund*.
— — — — —12 „omn. — Mi." delenda sunt.
— 69 — 2 — 7 alia eiusmodi vitia notata vid. ad Tim. 1, I, 3.
— 71 — 2 — 5 post *ni*] adde: pr.
— — — — — 8 post erat) adde: aut librarii incuria *jabai* post *jah* intercidit.
— 72 — 2 post l. 3 adde: *frabugjan*, St. ‡ *farbugjan*.
— 76 — 1 ante *sinþam* adde: *sve*] ut, gr. οὗ aut ὅ, Ulf. c. codd. ὡς.
— 78 — 1 post l. 4 adde: *attauhun*] duxerunt, gr. ἠφέροντο, Ulf. c. codd. ἤγοντο.
— 79 — 1 lin. 11 post 12 adde: Gal. 5, 16. *qiþa ei ahmin gaggaiþ*. cf. Thess. 2, 3, 1. *þata anþar ei bidjaiþ*.
— — — 2 — 1 post *als* adde: sic Thess. 2, 2, 4.
— 80 — 2 —14 pro *afar sabbate* fort. legendum est ict. *afarsabbate*, uti olim in partibus quibusdam Germaniae dies Martis (Dienstag) *aftermontag* vocabatur, vid. Grimm DRA. p. 820.
— 83 — 1 — 4 Gr. IV, 192 mavult scribere *bidjandans*, sed sunt codd., qui προσδεχόμενον habent.
— 84 — 1 — 2 post *daga ei* adde: alia vide notata ad Tim. 2, 3, 8.
— 89 — 2 — 4 adde: *ju*] iam, gr. omn. δή, Ulf. ἤδη legisse videtur, vid. Prolegg. p. XXVII.
— 90 — 1 — 2 adde: *sis*] Grimm postquam Gr. IV, 30 in *sik* mutandum suasit, deinde p. 943 defendi dativum posse existimat; id recte quidem, sed Tit. 1, 14 comparare non debebat; illo enim loco *afvandjandana sis sunja* est avertentium *sibi* veritatem pro *a se* veritatem; hoc autem loco Gothus c. codd. longe plerisque ἐπέστρεψαν legisse videtur, ut *sis* sit ad se, ad greges suos; cf. Luc. 18, 11 *standands sis* σταθεὶς πρὸς ἑαυτόν.
— 91 — 2 — 4 adde: *soh*] Ulf. c. codd. καὶ αὕτη legisse videtur, vid. ad vs. 37.

p. 92 col. 1 lin. 6 *tvalib vintruns*] Grimm Gr. II, 959 legit ict. *tvalibvintruns*, idque repetit IV, 652 *) quia si nostra verborum illorum diremtio recta esset, *tvalibins vintruns* dicendum fuisset; sed eiusmodi accusativus, quem iam Zahn ad Ioh. 6, 70 optabat, nusquam reperitur, nec reperietur.
— — — 2 — 2 post 10, 5 adde: *aftra*] iterum, ° gr. omn.
— — — — — 9 adde: vid. ad Gal. 5, 15.
— 97 — 1 adde: 4, 1 *in auþidai*] in deserto, gr. εἰς τὴν ἔρημον.
— 98 — 1 — 14 „sicuti — *tindan*“ delenda sunt.
— — — 2 — 6 adde: *gaþrafstein*] consolatione, gr. omn. ἀφέσει.
— 100 — 1 — 3 pro *hropida* l. *ufhropida*.
— 102 — 2 — 5 post 60 adde: scribitur etiam *suþjan* et *suþjon* Tim. 2, 4, 3.
— 103 — 2 post l. 9 adde: 5, 26 *gasaiwam*] videmus, gr. omn. εἴδομεν.
— 116 — 2 lin. 9 adde: ceterum gr. omn. οἱ, cf. Prolegg. p. XXVII l. 33.
— 118 — 1 — 1 et 2 pro *rumnada* l. *rumnoda*.
— 123 — 2 — 4 *usqiman*] vid. Grimm Gr. IV, 943.
— 124 — 2 — 2 adde: *þaí*] hi, gr. omn. οἵ, cf. Prolegg. p. XXVII l. 33.
— 128 — 2 — 19 post *þatainei* adde: alia vide not. ad Thess. 2, 3, 17.
— 133 — 2 — 9 post bellum adde: sic quoque Grimm Gr. IV, 105 interpretatur, et de duplicatione literae *n* comparari possunt, quae adnotavimus ad Gal. 5, 15.
— 136 — 2 — 6 adde: alia eiusmodi dicta collegimus ad Tim. 1, 6, 6.
— 137 — 1 — 2 adde: *ut*] foras, ° gr. omn. vid. Mth. 9, 32.
— 139 — 2 — 8 post *omn.* adde: *sah*] hicque, gr. omn. ὅς, vid. ad Ioh. 18, 26.
— 140 — 1 — 14 cf. supra p. I. Add. ad Prolegg. XIX.
— 142 — 1 — 2 de *sununs* recte iudicat Ettmüller l. l. p. 583 scriptum est enim propter sequens *mans* pro *sunu*, cf. ad Cor. 2, 6, 16 et nostra: Beiträge zur Textberichtigung etc. der Skeireins p. 53; sic fortasse etiam Sk. p. 48, 7 pro *attins — veitvodeins* legendum est *attins veitvodei*.
— 143 — 2 — 16 pro „*ïþ*] verum, ° gr. omn.“ leg. *ïþ svepauh*] est pro gr. πλήν, vid. ad 19, 27.
— 148 — 2 — 7 in adnotatione ad 19, 20 non debebamus dicere, *sums* hoc solo loco pro gr. ἕτερος positum esse, est etiam 14, 20.
— 149 — 1 — 2 adde: *visseis*] pro *visses*, vid. Prolegg. p. XX.
— 157 — 2 — 2 pro 28 leg. 18.
— 170 — 1 — 5 adde: *dauþau*] vid. ad Luc. 9, 27.
— 172 — 1 — 2 adde: *saeí*] Ulf. ° ποτέ.
— 173 — 1 — 8 adde: *vas ïþ*] fui, verum, gr. ὤν; Goth. c. codd. ἤμην καί.
— — — 2 — 9 pro „Skeir. 38, 7.“ leg. *allis* Marc. 12, 25.
— 176 — 1 — 14 pro 15. leg. 16.
— — — 2 — 1 post *omn.* adde: praeter cod. 235.
— — — — — 7 delend. *omn.* et ante *patribus* adde: cod. L. Ev. 15.
— 178 — 2 post l. 1 adde: 11, 9 *in dag*] in diem, gr. omn. ἐν τῇ ἡμέρᾳ, quod gothice est *in daga*, vid. Rom. 13, 13; cf. ad Eph. 6, 18.
— — — — lin. 5 pro 15 leg. 13.
— 180 — 1 — 2 pro *veini* leg. *veihjau*.
— 183 — 1 adde: 12, 20 *þiudo þize urrinnandane*] Grimm Gr. IV, 586 male interpretatur, nam *þize urrinnandane* non ad *þiudo* pertinet, sed est genitivus quem vocant partitivum: erant autem inter excurrentes quidam gentilium.
— — — — l. 5 post *ad* adde: Luc.
— 186 — 2 — 3 post *habam* adde: cf. Mc. 12, 19.
— 198 — 2 — 5 adde: *kajaflin*] Massm. Skeir. p. 59 +) errore librarii pro *kajaflins* scriptum esse opinatur, sed errat ipse vir doctus, nam sic Gothi dativo pro genitivo uti solent.
— 207 — 1 — 5 post 9 adde: Tim. 2, 1, 14.
— — — 2 — 2 adde: Grimm Gr. IV, 78 et 763 *vainags* emendat, sed si literarum ductus respiciuntur, *vainahs*, quod nos coniecimus, probabilius est.
— 209 — 1 — 9 adde: pro *usbida* Grimm IV, 101 audacius *usbidja* scribit.

p. 210 col. 2 lin. 4 del. *omn.* (nam Goth. c. gr. legit οὖν). *daus*
— 212 — 1 — 8 pro „Cast. — excidere“ leg.: sic cod. A syllabis *us da* supra lineam scriptis *(urraisidauþaim)* quod quum Cast. initio non animadvertisset, illud *urraisi* edidit.
— 213 — 1 — 1 adde *alþþau*] aut, gr. omn. *δέ*, quapropter fortasse *aþþan* legendum est.
— — — — 6 Cast. codice denuo inspecto pro *andeis* legit *andins*, igitur adnotatio nostra delenda est; *andins* autem, si vere ita scriptum est, ad *ands*, formam adhuc incognitam, pertinet.
— — — 2 — 3 adde: Massmannus pro *ïnuh þiudom* probabiliter coniicit *ïn unþiudom.*
— — — 2 — 9 pro „cod. A et Cast.“ leg.: sic, uti videtur, cod. A recte; Cast. etc.
— 214 — 1 — post l. 3 adde: 11, 15 *gabei*] divitiae, gr. omn. *καταλλαγή*, quod est *gafriþons;* hoc *gabei fairwaus* fortasse errore librarii ortum est ex *gabei fairwau* vs. 12. Deinde etiam pro *was andanumts* rectius dicendum erat *wo andanumts.*
— — — 2 — 8 ante *sic* adde: sec.,
— 215 — 1 — 6 adde: ceterum pro *vilþeis* Grimm Gr. IV, 526 legere suadet *vilþeins*, formam inauditam.
— 216 — 2 —20 adde: *galeikaiþ*] vid. ad Tim. 1, 6, 6.
— 217 — 1 —10 adde: pro *hauhiþa* Grimm IV, 695 *hauhiþai* optat, quod post *fraþjan* dativus sequi soleat; solet quidem, sed etiam accusativum secum habet, vid. Phil. 4, 2.
— 219 — 1 — 3 adde: *þamma*] sec. hoc, gr. omn. *ἐν τῷ.*
— 220 — 1 post l. 2 adde: 14, 12. *usgibiþ*] reddit, gr. *δώσει*; Ulf. c. codd. *ἀποδώσει.*
— — — 2 —10 ante *auk* adde: *gamelip varþ*] scriptum fuit, gr. omn. *προσεγράφη*, vid. ad Tim. 1, 6, 6.
— 223 — 2 —10 Cast. codice denuo reviso nunc Add. p. 66 dicit, *þairhgaletkonda* quidem in codice scriptum esse, sed literam *n* minus evidentem esse quam reliquas, ita ut librarius ipse eam delevisse videatur.
— — — — —12 post *ufak* adde: *ufblesans stjal*] inflatus sit, gr. omn. *φυσιοῦσθε.*
— 226 — 1 — 3 post 24 adde: ceterum *aftra* [0] gr. omn.
— — — 2 — 3 postquam Cast. nobis indicavit, pro edito *qenon* se legere in cod. *þu qinon*, in Add. p. 66 retractat sententiam, dicens, voci *þu* locum quidem vacare, sed cum esse vacuum; in errorem se esse inductum stria nigra orta e solutione atramenti ab acidis facta. Ettmüller in censura Ulfilae nostri p. 584 de h. l. agens longe a vero errat; nam *þu qinono*, quod ille coniicit, Gothi non dicunt.
— 227 — 1 adde: 7, 17. *bimaitai*] circumcidat, pro circumcidatur, cf. ad 15, 29.
— 229 — 1 lin. 2 pro „cod. A et Cast.“ leg.: sic cod. A; Cast.
— — — 2 —11 ante *eis* adde: *gaþarbiþ*] Grimm IV, 31 suspicatur legendum esse *gaþarbaiþ*, nec possumus, quin ei assentiamus, cf. Tim. 1, 4, 3.
— 232 — 2 — 1 pro *matjiduþ* leg. *matjiduh.*
— 240 — 1 — 2 adde: vid. tamen Prolegg. p. XXI, 66.
— 245 — 2 — 4 pro: „cod. A; cod B“ leg.: cod. B; cod. A.
— 247 — 2 —11 adde: *sumai*] quidam, gr. aut *πολλοί* aut *λοιποί.*
— 248 — 2 — 3 ante *cod. B* adde: sic cod. A; et pro *mahtedideina* leg. *mahtededeina.*
— 249 — 1 —11 post *vaiþam* adde: (finus) c. omnibus fere gr.
— 251 — 1 — 6 *ïnnuma* vere in cod. legitur, vid. Cast Add. p. 67.
— 253 — 1 —12 haec adnotatio nostra, auctoritate Massmanni nimis confidentium, secundum Castill. Add. p. 67 sic scribenda est: *bistuggq*] sic cod. B, in quo tamen *ei* bis scriptum est; cod. A *bistugq.*
— 255 — 2 —15 adde: ceterum *leitilai* (paucum) [0] gr. omn., neque Ioh. 5, 35. Philem. 15 additur; dicitur autem Skeir. p. 47, 3 *du leitilamma mela.*
— 256 — 2 — 3 adde: *du teitau*] ad Titum, gr. *ἐπὶ Τίτου*; Goth. c. codd. *πρὸς Τίτον.*
— 259 — 2 —14 adde: *qiþau*] dicam, gr. *λέγωμεν.*
— 263 — 1 — 2 adde: *nemuþ*] pr. accepistis, gr. omn. *λαμβάνετε*; quod praeteritum nos male habet, sed non ab interprete, sed a librario, cuius oculi ad sequens idem verbum aberrarent, scriptum esse videtur.
— 274 — 2 — 1 et 2 dele *þê* et *iþ.*
— 275 — 2 —19 pro „c. codd.“ lege c. verss.
— 278 — 2 — 1 pro „inspecto — dubitamus“ lege: inspecto *drugkaneim* scriptum esse docemur; librarius enim *dragkaneim* scripserat, cognito autem errore ipse *a* in *u* mutavit. Cast. Add. p. 65.
— 283 — 1 — 7 „quod aut gr. — codicum“ delenda sunt.
— — — — —14 pro „cod. A“ lege: cod. B.

p. 283 col. 2 lin. 7 pro *hatiz(o?)* leg. *hatizc;* vid. Cast. Add. p. 68.
— 284 — 1 — 10 ante *sijum* adde: *ak*] sed, gr. omn. *γάρ*, vid. ad Ioh. 16, 27.
— — — 2 init. Grimm. GGA. 1836 p. 1792 et Gr. IV, 591 recte monet *fram þizai* — *handuvaurht* interpretandum esse: ab ea (gente) quae dicitur „circumcisio in carne manufacta."
— — — — — 6 pro 19 l. 9.
— 293 — 2 — 9 pro „cod. B et Cast." leg.: sic cod. B; Cast.
— 295 — 1 post l. 11 adde: 1, 17 *in*] in, gr. omn. *ἐκ*.
— — — 2 — 2 pro „si lectio — distinxit" leg. subaudiendum est *sind*, uti infra 1, 29.
— 296 — 2 — 7 adde: ceterum Gothus post *gahauʒjau* $^{0}$ *τά*.
— — — — — 9 pro „manifesto — *þata*" subaudi *ïst*, cf. supra Add. ad 1, 16.
— 298 — 1 — 3 pro „cod A" lege cod. B.
— — — 2 — 11 adde: *mein*] meum, obiective accipiendum est, gr. omn. *πρός με*.
— — post 12 adde: 3, 2 *þo gamaitanon*] Grimm II, 845. IV, 527 falso pro *gamait* dictum esse censet ab interprete, qui *κατατομήν* pro participio habuisset, quod ei vix aliquis crediderit.
— 299 col. 1 lin. 1 pro 3, 4 leg. 3, 5. Ceterum pro *bimait* Grimm IV, 53 scribendum esse opinatur, *bimaimait;* cuius emendationis laudatorem certo habebit neminem.
— — — 2 — 6 ante *miþkaurlþs* adde: *gamaindaþ*] Cast. Specim. ‡ *gamaindaiþ*.
— 307 — 1 — 7 pro „neque — notavimus" scribendum est: vid. ad Tim. 1, 6, 10.
— 309 — 1 — 8 ante *viljahaiþei* adde: *auk*] enim, gr. *δέ*.
— 310 — 2 — 9 pro „Cast. — addidit" lege: cod. B et Cast. ‡ *ussiggvaidjau*.
— 313 — 1 — 10 ante *nauþai* adde: *fram*] a, gr. omn. *ἐφ'*.
— 318 — 1 — 1 pro „*þan* — omn." lege: *þan jah*] autem etiam, pro gr. *καί*, uti Matth. 9, 17.

# PROLEGOMENA.

Ulfilas [1]), utrum genere Cappadox, Sadagolthino vico oriundus, cuius parentes, incursione a Gothis sub finem seculi tertii in Cappadociam facta, a victoribus domo in Europam abductos fuisse Philostorgius [2]) narrat, an testimonio reliquorum scriptorum parentibus et ipsis Gothicis natus fuerit, diiudicare nunc omittimus, quia ad rem nostram parum valere videtur; nam Ulfilam apud Gothos natum educatumque postea huius gentis episcopum fuisse, praeter reliquos auctores etiam Philostorgius ille tradit, eorumque Gothorum, qui Minores vocati in Moesia inferiore flumen Danubium inter et montem Haemum incolebant [3]). His enim nescio quo doctore nec quo tempore [4]) doctrina religionis Christianae imbui sese passis Theophilo, qui Constantino Magno imperatore primus episcopus fuit [5]), circiter annum 360 [6]) Ulfilas sacrorum antistes successit eumque non solum peritissimum evangelii explicatorem et spectatae virtutis hortatorem habuerunt, sed merita haec maxima in cives suos laudantur, quod libros sacros in eorum sermonem convertit [7]).

Scriptorum autem veterum, qui literarum sacrarum gothicam translationem Ulfilae tribuunt, alii id factum esse in universum dicunt, non libros nominantes, quos converterit, quos praetermiserit; alii omnes

1) Nomen Ulfilae praeter *Ulphilas* (Οὐλφίλας), apud scriptores vario modo scribitur: *Urfilas, Urfilus, Gulfilas, Hulfilas, Gilfulas, Galfilas, Ulphias, Gulfias, Gudila, Gudillas, Unila*, quarum mutilationum plurimas hispanici scriptores admiserunt, vid. Essbergium Ulfil. 1. Rectissime sine dubio, quia ita indole linguae gothicae commendatur, *Vulfila* scriberetur (vid. Grim. I 57 sq.), quod verbum, nomen deminutivum vocis *vulfs* (lupus), proprie lupulum significat, vid. Massm. Skeir. p. 97.

2) Histor. ecclesiast. 2, 5. cf. Aschbachii Geschichte der Westgothen p. 31 Not. 63.

3) Jornandes de rebus Geticis p. 135 ed. Lindenb.

4) Apud Basilium Magnum epist. 338 sq. et Epiphanium adversus haeres. 3, 14 Ascholius episcopus Thessalonicensis et Audius, Uranius, Sylvanus sacerdotes primi christianae doctrinae praecones apud Gothos fuisse feruntur; cf. Massm. l. l. p. 90.

5) Socrates Histor. ecclesiast. 9, 32. Nicephorus Callistus 9, 44. Cassiodorus Histor. eccles. tripart. 5, 38. Essbergium l. l. 8. Aschbachium l. l. p. 29.

6) Philostorgius quum Ulfilam primum Gothorum episcopum haberet, non mirum est, si eum Constantino Magno aequalem fuisse scripsit; cf. Benzelii praef. p. XXXI. Apud Scholzium Nov. Test. vol. I. praefat. p. CXXIX Ulfilas seculo quinto biblia convertisse sine dubio per typothetae errorem dictus est.

7) Socrates 4, 33. Sozomenus 6, 37. Nicephorus 11, 48. Cassiodorus 8, 13. Jornandes p. 106. vid. Essbergium 12. Knittelium p. 442 sq. Castill. Specim. praef. p. XI.

complexum esse scribunt [8]), ut ipse Philostorgius, qui tamen libros Regum excipit, eiusque rei causam affert, quod quum iis in libris permultorum bellorum mentio fiat, Ulfilas veritus sit, ne cives sui, a belli studio potius arcendi, sacrae scripturae auctoritate seducti eo ferociores atque bellicosiores fierent [9]). Ea Philostorgii sententia a viris doctis tamquam ridicula improbata atque explosa est; id quod etiamsi in ceteris, quae de Ulfila narravit, parum certus auctor deprehendatur mendaciorumque plurimorum propter partium Arianarum studium argui possit, tamen quia hac in re nulla mentiendi causa erat, calumniandi magis studio, quam recto iudicio factum videtur. Quid enim quaeso Arianorum Cappadocum interesse poterat, Ulfilas libros Regum translationi suae addiderit, an non? Nisi omnia nos fallunt, viri eruditi, qui omnem fidem in his rebus Philostorgio abiudicant, temere eum condemnant idque maxime errant, quod rem ipsam, scilicet infirmioribus stabilitam rationibus, ab his rationibus non satis diligenter seiungunt [10]). Causam omissorum librorum illorum a Philostorgio allatam non probantibus nobis ea in re Philostorgio, ipso Ulfilae aequali, fide dignior testis nemo videtur. Abesse a versione gothica libros Regum quum sciret ipse vel fama accepisset, eius omissionis causam aliquam subiicere volebat, non curans vera esset, necne. Libros Regum igitur ab Ulfila non esse conversos quin credamus, nihil impedit [11]); cur non converterit, nescire nos fatentes suspicamur, Ulfilam ad opus tam amplum conficiendum aut vires aut tempus defecisse; maximam bibliorum partem si transtulit, id ipsum maximam movet admirationem, quum praeter hanc curam non solum domi permulta negotia essent gerenda, sed etiam legationes ad Constantinopolitanos suorum civium nomine suscipiendae [12]).

Totum autem librorum sacrorum corpus Gothos in suum sermonem conversum habuisse, id quod olim scriptorum, harum rerum imperitorum et relata tantum referentium, fide credebatur, nunc permultis argumentis comprobatur. Praeter evangelia enim, antea sola cognita, nostra aetate fragmenta epistolarum Paulinarum et de veteris testamenti libris Esdrae et Nehemiae quaedam partes inventae sunt; unde colligimus, Gothicos theologos etiam reliquos veteris testamenti libros non intactos reliquisse. Nam quid commovere illos potuit, ut omissis aliis tam praestantibus atque gravibus, libros tam leiuni argumenti neque ad fidem aut ad cultum quidquam valentes translatos suis traderent? Quid? quod etiam eorum, quorum nulla fragmenta adhuc sunt reperta, vestigia in aliis conservatis deprehendimus: in Skeir. p. 37 versus alter et tertius Psalmi

---

8) Inter alios Isidorus Hispalensis Chronico ad aeram 5576: tunc Gulfilas utrumque testamentum linguam in propriam transtulit.

9) l. l. *Οὐρφίλας μετέφρασεν εἰς τὴν (τῶν Γότθων) φωνὴν τὰς γραφὰς ἁπάσας πλήγγε δὴ τῶν βασιλείων, ἅτε τῶν μὲν πολέμων ἱστορίαν ἐχουσῶν, τοῦ δὲ ἔθνους ὄντος φιλοπολέμου καὶ δεομένου μᾶλλον χαλινοῦ τῆς ἐπὶ τὰς μάχας ὁρμῆς, ἀλλ' οὐ τοῦ πρὸς ταῦτα παροξύνοντος.*

10) Knittelius p. 443 sq. inde Philostorgium refelli posse opinatus est, quod Theodatus, Gothorum rex, in epistola quadam testimonium e libris Regum protulisset, quod (sic dicit Knittelius) proceres et reges gothici non fecissent, si Ulfilas, cuius consilia et effata apud Gothos oraculorum instar haberentur, Gothos a lectione librorum Regum revocare voluisset. At vir bonus, qui Cassiodorum, non Theodatum illam epistolam scripsisse recordaretur, id etiam recordari debebat, Ulfilae et Theodati aetatea duobus seculis diversas esse, intra quod tempus libri, ab Ulfila omissi, ab aliis conversi esse poterant. Causam illam allatam improbabilem esse, maxime ex Jornande discimus, qui eosdem illos Gothos, apud quos Ulfilas episcopus fuit, gentem multam quidem, sed pauperem et imbecillem, nihil abundantem, nisi armento diversi generis pecorum et pascuis silvaque lignorum fuisse, dicit p. 135.

11) cf. Castill. Excurs. ad Philipp. p. 65.

12) vid. Essbergium 13. 14. Zahnii Einleitung p. 20.

quinquagesimi tertii citantur: ***saei fraþjai aiþþau sokjai gvþ. allai uuandidedun. samana unbrukjai vaurþun***, i. e. qui intelligat aut requirat deum; omnes declinaverunt; simul inutiles facti sunt. Deinde Ephes. 4, 8 in margine codicis A adscriptum est ***psalmo ...***, quo librarius hunc locum e libro psalmorum (68, 19) haustum esse indicare voluit. Hinc Psalmos gothice conversos fuisse sine dubio recte coniicitur*); certe explicationis illius auctor omnia novi testamenti loca e versione nostra citavit, neque nos quidem dubitamus, id ipsum fecisse, si quae loca e reliquis bibliorum libris laudata affert. Ex eadem evangelii Iohannei explicatione etiam libros Mosis gothicam versionem complexam fuisse cognoscimus; nam p. 41 sq. etiamsi non verba ipsa, tamen sensus versuum 2—9 capitis 19 libri Numerorum redditur: ***vasuh þan jah frauja þo ahmeinon anafilhands daupein. eiþan garaihtaba varþ bi sviknein sokeins gavagida. unte vitoþ þize unfaurveisane missadede ainaizos vitoþ raidida azgon kalbons gabrannidaizos utana bibaurgeinais. afaruh þan þo in vato vairpandans hrain jah hyssopon jah vullai raudai ufartrusnjandans. svasve gadob þans ufarmiton munandans***, i. e. fuit autem etiam dominus (Iesus) hunc spiritualem commendans baptismum; igitur recte fuit de purificatione quaestio mota; nam lex horum non-voluntariorum peccatorum unius legem statuit cinerem vaccae combustae extra munimentum; posthac autem hunc in aquam coniicientes puram et hyssopo et lana rubra contegentes; uti decuit hos superbire cogitantes**). Multo clarius eorum librorum versio cognoscitur ex alio codice, qui Vindobonae adservatur [13]) et praeter runorum signa etiam pleraque gothica verba et literas numerorum continet, quas postremas maximam partem e Genesecos capite quinto ductas esse Wilhelmus Grimmius, vir literarum germanicarum peritissimus, primus vidit [14]); sunt autem hae: versu 3 *sl* = 230 (Vulg. 130); vs. 5 *Tl* = 930; vs. 7 *wz* = 707 (Vulg. 807); vs. 8 *Tib* = 912; vs. 13 *wm* = 740 (Vulg. 840); inde autem sequitur, illum librarium codicem, continentem gothicam veteris testamenti versionem, ante oculos habuisse, unde illas exscripsit.

Omnes igitur libri sacri in gothicam linguam translati fuisse videntur, quamquam aliquorum vel novi foederis librorum nulla adhuc apparent vestigia, v. c. actorum Apostolorum, epistolarum catholicarum, apocalypseos Iohanneae; quae autem desunt, lateantne in monasteriorum tenebris aut codicum obliteratorum sepultura, an bibliothecarum cladibus omnino interierint, quis divinare potest? Sed Ulfilas num ipse illam translationem confecerit, alia quaestio est; perfecisse totam cur negemus, supra indicavimus; at quum tota antiquitate fama manaret, eum biblia in gothicam linguam convertisse, facile fieri potuit, ut qui initium interpretandi fecisset cuiusque auspiciis et fortasse auctoritate ea, quae ipse non perfecerat, ab aliis viris eruditis perfecta essent, ab eodem ipso profecta esse dicerentur. Si in tanta rerum obscuritate coniectura uti licet, qui maxime praeter Ulfilam interpretandis bibliis operam suam poneret, Selinas quidam fuisse videtur, quem Ulfilas a commentariis et in episcopatu successorem habuit [15]); ille enim et patrii et graeci sermonis gnarus, opus a decessore inchoatum, aut receptum aut susceptum, in ecclesiae suae commodum facile perficere potuit [16]).

---

*) cf. Massm. Skeir. p. 88.

**) Gothum haec ex epistola ad Hebraeos citavisse, Massm. l. l. p. 65 sq. nobis non persuasit.

13) Membr. Salisb. Nro. 140 olim Salisb. LXXI.

14) vid. W. J. XLIII p. 15 sqq.

15) vid. Sozomenum 7, 17. Nicephorum Callist. 12, 30.

16) cf. Castillion. Specim. praefat. p. X sq.: a Selina pronum creditu est gothica biblia dictante Ulfila fuisse conscripta et pro suo librarii munere distincta atque emendata.

Gothicae deinde translationis non solum confectae, sed etiam per secula asservatae complura apud scriptores inveniuntur testimonia eaque maxime, ex quo Gothorum magna pars, relictis sedibus Istricis, Theodorico duce Alpes transgressi Italiam occupatam tenuerunt. Gothi enim illic incolentes atque imperantes non mirum est, si per huius terrae fines, certe iis regionibus, ubi regni sedes erat, gothica lingua locuti et in ecclesiis suis gothicis etiam bibliis usi sunt. Ea tempestate illa oratiuncula, in fine codicis Brixiani posita, confecta esse videtur, in qua ut caveant interpretes literarum sacrarum monentur, *ne legenti videatur aliud in graeca lingua, aliud in latina vel gotica designata esse conscripta* [17]). Unde gothicam interpretationem non solum in Italia aliisque terris, quas Gothi tenebant, posteriore tempore exstitisse, sed etiam cum latina pari auctoritate valuisse discimus. Alterum de versione gothica testimonium legitur apud Walafridum Strabum, scriptorem seculi noni, qui gothicorum bibliorum monumenta suo tempore apud nonnullos haberi dicit [18]); cuius fides his in rebus eo maior est, quod monasterio Reichenaviensi praepositus, in confinio fere habitabat earum regionum, quas Gothi utrique olim incoluerant.

Postquam deinde per sex secula a nemine gothicorum bibliorum mentio facta est, nisi si quis quae apud scriptores antiquos legisset, reddidit, neque alicubi vestigium librorum illam versionem continentium comparuit: seculo sexto decimo in monasterii Werdenensis, in Gallia Belgica ad Ruram conditi, bibliotheca codex unus inventus est. Antonio enim Morilloni [19]), qui Antonio Perrenoto, cardinali Granvellano, ab epistolis erat, bibliothecae illius libros manuscriptos perscrutanti in manus incidit codex, quem Ulfilanam versionem continere ille statim vidit, et orationem dominicam cum aliis quibusdam particulis ab eo inde descriptam Maximilianus, Antonii frater, cum Goropio Becano communicavit, qui ea Gotodanicis suis inseruit [20]). Paulo post Gruterus aliquot versus, ab Arnoldo Mercatore ex eodem codice excerptos, in thesauro inscriptionum edidit [21]). Omnia fragmenta, in illo codice servata, multo post (anno 1665) opera Francisci Junii et deinde saepius edita sunt. Sed viri gothicae linguae studiosi diu multumque questi erant, quod de hac totius scripturae sacrae versione tam pauca, eaque evangeliorum modo fragmenta relicta essent, quae ad enodandas et removendas interpretandi difficultates non sufficerent: quum Knittelius, aedis metropolitanae apud Guelferbytanos archidiaconus, seculo proxime superiore in codice bibliothecae Guelferbytanae fragmenta epistolae Pauli ad Romanos scriptae invenit. In *Ερμαιον* grandius incidere, quo biblia gothica, etiamsi non omnibus partibus integra, ampliora tamen plurimorum novi foederis librorum fragmenta nacti

17) vid. Garbellum ap. Blanchinium Evangeliar. quadrupl. prolegg. p. 7 sq. Ea verba vitiose conscripta et vitiosius descripta Semlero ad praefationem quandam, comparationi gothicae versionis cum latina et textu graeco faciendae praefixam, pertinere sunt visa, vid. huius viri venerabilis Versuch einer Erläuterung einer alten Spur einer gothischen Uebersetzung, Halle 1764, 4.

18) De rebus ecclesiasticis cap. 7.

19) Primum Ulfilanae versionis repertorem quum Ihre in dissertatione de lingua codicis Argentei conscripta et anno 1754 edita recte Morillonem appellavisset, paulo post in altera de codice Argenteo anni 1759 Arnoldum Mercatorem fuisse minus recte dicit, vid. Zahnii Einleit. p. 39 sq. Ceterum quaesitum est, utrum ille codex Argenteus, an alius fuerit; Ihre Ulfil. illustr. p. 98 fuisse negat hanc maxime ob causam, quod Morillon compendiis scribendi usus sit, quae in codice Argenteo, certe locis ab eo exscriptis, non inveniantur, deinde quoque illum literarum formas exhibuisse, quas codex Argenteus omnino non agnoscat. Alii nullum alium, quam Argenteum ante oculos habuisse comprobaverunt, vid. Zahnium l. l.

20) vid. Goropii Origines Antverpenses libro VII p. 739 sq. 750.

21) p. 147 sq.

sumus, viris doctis nostri seculi reservatum erat: in bibliotheca enim Mediolanensi ab Angelo Majo et Carolo Octavio Castillionaeo codices rescripti sunt reperti, quorum priorem scriptionem diligentius intuentibus illis viris doctis, Ulfilanae versionis evangelii Matthaei, epistolarum Paulinarum ad Romanos, eiusque plura, quam quae Knittelius iam repererat, utriusque ad Corinthios, Galatas, Ephesios, Philippenses, Colossenses, utriusque ad Thessalonicenses et pastoralium ad Timotheum, Titum et Philemonem, praeterea Esdrae et Nehemiae, librorum veteris testamenti, fragmenta continere apparebat, quae fragmenta primum duumviri illi coniunctis curis, deinde Castillionaeus solus inde ab anno huius seculi undevicesimo edidit.

Sed iam pridem quaestionem posuerunt viri eruditi, utrum ea, quae pro Ulfilanae seu gothicae versionis fragmentis haberentur, vere gothica essent, an ad aliam, in usum alius barbaricae gentis confectam, pertinerent. Inter alios Lacrozius negavit et *francicam* esse linguam nostrae versionis probare studuit [22]). Quam trita est ac prope decantata illa quaestio, tam inepta atque infirma sunt argumenta, quibus Lacrozius opinioni suae fidem facere laboravit; quod enim primum dicit, codicem nostrae versionis non in iis regionibus, ubi Gothi incolerent, sed ubi Franci, repertum esse; deinde nonnullos harum literarum ductus ad Francorum veterem scribendi rationem propius accedere; tum alias quasdam latinas esse, quas Gothi in Moesia habitantes cognitas habere non possent; postremo inter literas huius linguae quatuor novas et a graecarum et latinarum similitudine abhorrentes inveniri, quarum tres literis a Chilperico, Francorum rege, renovatis congruere: quis est, quin videat, ea argumenta, quae refellantur vix digna et ea posuisse, esse refutasse? Mirum igitur, quod haec argumentandi perversitas inter alios [23]) Wetstenium, virum magnae sagacitatis, ut probaret istam opinionem, permovere potuit [24]). Omnium optime, quam frigidis rationibus usus esset Lacrozius, demonstravit Ihre in dissertatione de lingua codicis Argentei anno 1754 edita [25]) et sapientiores iam pridem illas nugas improbaverunt [26]).

Quum autem Francorum esse biblia nostra ne probabile quidem reddere illi potuerint, nunc vere Gothica esse argumentis gravissimis confirmatur. Constat enim praeter bibliorum translationem de literis gothicis duo monumenta servata esse, quorum alterum quatuor gothicis subscriptionibus constat, positis sub venditionis cuiusdam testimonio latine scripto [27]), quarum una sic habet: *ik merila bokareis handau meinai ufmelida jah andnemum skilliggans ·j· jah faurþis þairh kavtsjon jah miþ diakuna alamoda unsaramma jah miþ gahlaibim unsaraim andnemum skilliggans ·rk· vairþ þize saive*, i. e. ego Merila, scriba, manu mea subscripsi et accepimus solidos sexaginta et antea per cautionem et cum diacono Alamodo nostro et cum collegis nostris accepimus solidos centum viginti, pretium horum lacuum. Alterum, simile testimonium, unam gothicam subscriptionem continet, quae fere sic habet: *ik guþilub diakun þo frabauhta. boka fram mis gavaurhta þus diakun alamoda. fidvor unkjana (?) hugsis kaballarja jah killiggans ·vlg· andnam jah ufmelida*, i. e. ego Guthilub diaconus haec vendidi; libellum a me feci

22) vid. Lacrozii epistolam ad Iohannem Chamberlaynium in Thesauro epistolarum tom. III p. 92 sq.

23) vid. Zahnii Einleit. p. 27.

24) Wetstenii Prolegg. in Novum Testamentum p. 304 sq. ed. Semler.

25) vid. Ulfil. illustrat. p. 259 sqq.

26) Semlerus ad Wetsten. Prolegg. p. 305 (quem tamen miramur paulo post p. 308 interpretem nostrum *Francogothum* appellare) cf. Zahnii Einleit. p. 26 sqq. Aschbachium l. l. p. 36 sq.

27) vid. Zahnii Einleit. p. 76 sq. Eas initio seculi sexti scriptas esse Grimmius Gramm. praef. p. XLVII (edit. prioris) suspicatur.

tibi *diacono* Alamodo; quatuor uncias fundi Caballari et solidos centum triginta tres accepi et subscripsi. Horum documentorum prius Neapoli asservatur, indeque nomine *Neapolitanum documentum* vocatur; alterum Aretii olim erat [28]), quapropter *Aretinum documentum* appellatur; utrumque autem Ravenna, ubi scriptum est, in sedes posteriores pervenit. Ea igitur lingua, qua utuntur testes illi, quae alia esse potest, nisi gothica, quum Ravennae sedes nullius gentis germanicae, nisi gothicae, imperante Theodorico, fuerit et in reliquis literis, latino sermone conceptis, testes illi expresse gothicae ecclesiae sacerdotes appellentur? Et quum horum documentorum lingua eadem, quae nostra versionis sit, haec versio, cui alii genti, nisi Gothis, tribuenda est? Accedit aliud etiam idque gravissimum argumentum: ad finem enim codicis alterius Ambrosianorum [29]), quibus epistolarum Paulinarum fragmenta continentur, calendarium additum est [30]), in quo dies festi et sacri, a communibus paulo diversi, notantur. Fragmentum huius calendarii sic incipit: *·kg· þize ana gutþiudai managaize marytre jah friþareikeis* [31]) i. e. XXIII. (intell. die) horum in gutica gente multorum martyrum et Fritharici. Unde sole clarius elucet, guticae, i. e. gothicae genti hoc calendarium compositum adeoque non alia nisi gothica lingua conscriptum esse, et quum hic etiam eandem, quam in versione nostra linguam habeamus, omnes concidunt dubitationes de origine vere gothica *versionis eius*, quae gothicae nomine circumfertur [32]). Quibus argumentis denique hoc addatur, etiam locum exstare in hac versione, ex quo interpretem Arianum fuisse intelligitur, cui sectae praeter Gothos nullam aliam germanicam gentem adhaesisse inter omnes constat.

Haec si vere sunt disputata, non dubium adhuc erit, an haec lingua germanica sit; qui theodiscam esse eam voluerunt, idem contendunt non nisi nomine variantes. Gothi enim ipsi si natione Germani fuerunt, id quod testimonio scriptorum veterum et inquilinorum et aliorum comprobatur, etiam eorum sermo ad germanicas linguas pertinuerit necesse est. Ceterum hic sermo ostrogothicus an visigothicus, an moesogothicus nominandus sit, non quaerimus, persuasum habentes, omnibus Gothis eundem sermonem, quod alio loco demonstrabimus, eandemque bibliorum versionem fuisse.

Restat ut de integritate Ulfilanae versionis dicamus; fuerunt enim, qui nostram versionem vere Ulfilae esse dubitantes, an aliis theologis posterioris temporis tribuenda esset, quaesiverunt. In his primus fuit Hickesius [33]), quem virum doctum maxime offendit, quod nostra fragmenta cum codicibus latinis consentirent, quorum copia quum Gotho in Moesia habitanti vix esset, haud dubie graeco bibliorum exemplo uti debuisse; deinde quod nulla nunc arianismi vestigia apparerent, quae quum Ulfilas cum Gothis suis Arianorum haeresin sequeretur [34]), conspicua esse deberent, si iure ei haec versio tribueretur. Sed neque nostram versionem e latinis libris haustam esse infra demonstrabimus, neque intelligimus, cur Arianorum opiniones in ea inesse

---

28) Massm. l. l. p. X qui inscriptionem illam cum reliquis emendatius, pro doctrina sua, singulari libello editurus est.

29) S. 36 part. sup., quem Castillionaeus in sua editione et post eum nos litera A notavimus.

30) vid. Castillion. Specim. p. 26 sq.

31) Castill. male *madagrize* et librarii errorem *friþareikeikeis*, syllaba *kei* falso duplicata (vid. ad Matth. 11, 16) edidit.

32) cf. Aschbachium l. l. p. 38.

33) vid. Institutiones grammaticae anglosaxonicae et moesogothicae.

34) Cf. de ea re copiose disserentes Heupelium l. l. p. 11. Essbergium 13. Knittelium p. 449. Mansonem Gesch. der Ostgothen p. 9. Aschbachium l. l. p. 29 sq. cf. p. 222 sq. Massm. Skeir. p. 69 sqq. Castill. Excurs. ad Philipp. 2, 16. p. 63 sqq cf. Specim. praef. p. XIII sqq.

oporteat; nam nec tempus, quo Ulfilas a catholica fide ad Arianos sese convertit, nec quo literas sacras transtulit, notum est: fortasse priusquam ad illam haeresin delapsus est, interpretationem suam confecit, aut quod multo est probabilius, Gothi non tanta religione fidei et confessionis minutias initio sectati videntur, ut vel in biblia eas intulerint, quas in archetypo non invenerunt. Accedit quod ex iis fragmentis, quae in codice Argenteo continentur, nullus locus reperitur, de quo Ariani cum Orthodoxis discreparent. Zahnius [35]) ad rem declarandam duo potissimum loca, initium Iohannei evangelii et Rom. 9, 5 inspicere optavit, quorum locorum alterum nunc habemus: *xristus saei ist ufar allaim guþ þiuþiþs in aivam.* Quod si quis inde Gothos aut interpretem non Arianos fuisse colligeret, properantius ageret, nam ut interpres *guþ* re vera ad Christum retulerit, quamquam id non opus esse viri docti ad h. l. docuerunt, tenendum est, Arianos non divinitatem Christi, sed Christi cum deo patre quasi identitatem negavisse, ut Arii sectator vel severissimus ita scribere posset, uti auctor expositionis illius saepius citatae [36]) *ainabaura sunau guþs guþ visandin**) (soli filio dei, deus exsistenti). Neque eam ob causam locus, diu desideratissimus, Timoth. 1, 3, 16 ad quaestionem profligandam facit, ubi etiam de Christo *guþ gabairhtiþs vas in leika* dicitur; nec quod Castillionaeus ad gothicam versionem heterodoxiae crimine liberandam Coloss. 1, 16 laudavit, satis mirari possumus. Unus tantummodo locus est, a Castillionaeo iam indicatus, ex quo interpretis nostri arianismus perspicue cognoscitur; Philipp. enim 2, 6 legitur: *in xristau ïesu. saei in guþaskaunein visands ni vulva rahnida visan sik galeiko guþa.* Quo quidem loco Massmannus Skeir. p. 73, qui *samaleiks* et *galeiks* non recte distinxisset, arianismum probari negavit, sed Castillionaeus in epimetro epistolae ad Philippenses addito p. 63 sqq. praeclare de eo disseruit eumque exhibere argumentum, interpretem gothicum qui similitudinem pro aequalitate posuerit, arianismi placitum in textum intulisse docuit.

Contra Knittelius Ulfilae ipsius esse nostram versionem contendens haud felicius causam suam agit [37]); quod enim dicit, Ulfilanam esse oportere, propterea quod apud scriptores nullius nisi Ulfilae sacri codicis versio commemoretur, non consideravit, quam parum gravitatis in argumenta e scriptorum silentiis ducta redundet; et si res ecclesiasticas Gothorum a suis scriptoribus relatas haberemus, aut de iis in aliis historiarum gothicarum libris copiose narratum esset, silentium de renovata interpretatione offenderet; nunc autem, quum eiusmodi mentio non fiat, inde intelligimus posteriores interpretes neque publice neque certo tempore opus fecisse, sed deinceps ita, ut ab aliis alia mutarentur. Re vera fragmenta ad nostram aetatem servata esse illius versionis, quam Ulfilas ex scriptorum testimonio confecit, aut affirmare aut negare difficile quidem est. Versionis illius in gothica ecclesia auctoritatem fuisse magnam, huic rei et Ulfilae auctoritas, qua apud suos viguit, et hoc etiam argumento est, quod nullius alius opera in interpretanda biblia impensa a rerum scriptoribus commemoratur. Quae auctoritas autem si tanta fuit, quid erat causae, ut aliquis literas sacras denuo convertendas susciperet? At si totius versionis repetitionem negamus, procedente tempore hic illic mutationes quasdam factas esse non negamus. Quod e codice Argenteo, conditione et indole singularum eius partium diligentius perspecta, cognosci poterat, plures recensiones exstitisse (cuius rei ignoratione factum est, ut Mareshallus in fraudem incideret, quum propter stupendam vetustatem codicis Argentei hanc versionem non aliam esse, quam Ulfilae illam antiquissimam existimaret [38]); nunc quum epistolarum partes per-

35) Einleit. p. 37.

*) Pro hac vitiosa lectione scribendum est: *ainabaurana — visandan.*

36) Skeir. p. 46, 13.

37) p. 444 sq.

38) Observationes apud Junium p. 388.

multas, evangeliorum nonnullas bis in diversis codicibus comparare licet, etiam clarius intelligitur; illae tamen recensiones certe ex una eaque, uti videtur, Ulfilana originem duxerunt, mutaverunt autem viri eruditi posterioris aetatis, aut ubi Ulfilae versionem textui graeco non satis accurate respondentem vidissent, aut ubi in suis libris alias lectiones reperissent atque quas habuerat Ulfilas. Haec quidem videre non difficile est, illud autem non facile aliquis dicet, quae illis locis initio ab Ulfila scripta et quae ab aliis mutata, addita aut praetermissa sint; dolendum vero est, quod Heynatius, qui additamenta quaedam diversa linguae indole se cognovisse gloriatur [39]), signa cognitorum non prodidit.

Praemissis his in universum de lingua et auctore nostrae versionis, pergimus ad instituendam quaestionem de ratione, qua sit confecta, unde qui eius usus maxime in emendandis locis scripturae sacrae esse possit, apparebit. Primum autem dicendum est de fonte, ex quo Gothus interpres hauserit. Ulfilam interpretationem suam e ***graecis*** libris confecisse nemo olim dubitavit, idque iam pridem Martyrii Nicetae auctor [40]) testatur postque cum Sixtus Senensis [41]). Quae notitia unde his viris venerit, famane apud veteres pererebuerit an inde coniecerint, quia Ulfilas in Moesia habitavisset et e commercio Constantinopolitanorum hominum graecae linguae peritiam nactus esset, eum etiam graecos libros ad opus suum perficiendum adhibuisse, nos quidem nescimus, sed testimonium maxime prioris illius scriptoris propter vetustatem non adeo contemnendum videtur. Qui vero stat a partibus eorum, qui Ulfilam graecos libros secutum esse [42]) contendunt, is non solum scriptorum auctoritati fidem habere debet, qui in his rebus haud idoneam ad persuadendum vim habere soleant: adsunt etiam argumenta ducta e comparatione versionis nostrae et textus graeci, quibus id probatur. E multis aliis haec pauca proferimus: non solum enim eum ordinem verborum, quo graeci praeiverunt, fideliter servat — praeterquam ubi indoles gothicae linguae alium ordinem exigit, uti in negatione iuxta verbum enuntiati ponenda, cf. ad Joh. 14, 11. Luc. 8, 12; in collocandis quibusdam particulis aut initio aut post initium enuntiati, uti ïþ, quod aliter atque δέ, graeca vocula gothicae respondens, primo enuntiati loco ponitur; aut aliae nescio quae sermonis causae alium ordinem postulant, ut pronomen substantivo praeponatur, *þata andbahti* = τὴν διακονίαν ταύτην — sed etiam sermonem suum in permultis ad graecum *conformavit*, quo pertinere videtur usus dualis numeri, quo tamen Ulfilas saepius utitur, quam in graeco textu exstat et fere omnibus locis, ubi duae personae indicantur; deinde figura, quam attractionem vocant, frequens usus participiorum graecis exemplis accommodatus, abusus pronominis demonstrativi ad vices articuli graeci implendas multaque sunt alia, quae lectores grammatica nostra docebit. Quae quum ita sint, tamen fuerunt, qui omni linguae gothicae eiusque indolis peritia destituti, comparatis singulis gothicis verbis cum graecis, animadvertisse sibi videbantur, Ulfilam saepius a graeco textu discedentem cum latinis libris consentire, cui animadversioni tantam tribuerunt vim, ut

---

39) cf. Zahnii Einleit. p. 36.

40) Apud Simeonem Metaphrastem in actis S. Nicetae (Acta Sanctorum Septembr. V. p. 41 edit. Antverp.) Οὔρφιλος, inquit, τὴν ἱερὰν ἡμῶν γραφὴν καὶ θεόπνευστον ἀπὸ τῆς ἑλλάδος εἰς τὴν γοτθικὴν γλῶσσαν μεταβαλών. Cf. Hieronymi epistolam ad Sunjam et Frithilam scriptam, qua Gothos graecis sacrae scripturae codicibus usos esse dicit.

41) Biblioth. IV p. 390 edit. Colon. Ulfilas primus Gothus omnes divinas scripturas e *graeco* in gothicam linguam a se conversas tradidit.

42) Cum Ussero apud Juninm Glossar. p. 16. cf. Mareshallum p. 389 sq. Benzelium praefat. p. VI. Lyeum p. XXXVI. Ihreum Ulfil. illustr. p. 268. Knittelium p. 445. Zahnium Einleit. p. 28 sqq.

e graeco fonte hausisse eum negantes potius latinos libros secutum esse probare susciperent; prae ceteris Wetstenius id egit [43]); rationes autem, quas tanquam probantes adduxit, tanta laborabant infirmitate, ut non solum alii exsisterent, qui eas refellere conarentur [44]), sed etiam ipse re denuo considerata ad sapientiam reversus versione nostra plerumque quidem graecum textum exprimi, saepe tamen relictis graecis versionem Italam sequi existimaret [45]).

Et loca quidem esse, e quibus cognoscatur, versioni nostrae plurima et verba et versiculos in libris latinis solummodo exstantia admixta esse, eamque lectiones habere, quae a graecis discedentes cum latinis consentiant, non nisi caeci aut rixosi negabunt. Primum enim additamenta non pauca inveniuntur, quae graeci codices omnino spernunt, latini agnoscunt [46]): M. 10, 29 *viljan* — lat. voluntate; Mc. 14, 65 *gabaurjaba* — cum voluntate; L. 1, 3 *jah ahmin veihamma* — et spiritus ancto; 9, 2 *allans* — omnes; 9, 43 *gaþ paitrus. fraujа duwe veis ni mahtedum usdreiban þamma. ïþ ïesus gaþ. þata kuni ni usgaggiþ nibai in bidom jah ïn fastubnja* — (paucis mutatis Corb. et Colb.) dixit ei Petrus; domine, propter quid nos non potuimus eiicere illud? quibus dixit: quoniam huiusmodi orationibus et ieiuniis eiicietur; 9, 50 *ni ainhun auk ïst manne. saei ni gavaurkjai maht ïn namin meinamma* — nemo est enim, qui non faciat virtutem in nomine meo; 13, 31 *vast jah* — fuisti et; 19, 22 *jah lata* — et piger; haec omnia a graecis praetermissa cum Gotho codd. Colb. Corb. Brix. Redig. aut alii latini habent. Deinde permulta sunt loca, quibus lectiones latinae pro graecis insident; ad quod probandum Zahnius Einleit. p. 32 minus apte laudat Luc. 5, 3 et Joh. 7, 9 quorum locorum altero Gothum cum Brix. pro ἠρώτησε *iussit* (ἐκέλευσε), altero pro εἰπὼν ἔμεινε *dixit cum esset* legisse opinatur; penitus insinuabit in causam, qui haec loca legerit: Mc. 7, 3 *ufta* (saepe) non graeco πυγμῇ, sed lectioni latinorum quorundam *crebro* accommodatum est; L. 9, 20 ubi gr. habent τὸν Χριστὸν τοῦ θεοῦ, Gothus autem *þu ïs xristus sunus guþs*, quae conveniunt cum Redig. et Brix. *tu es Christus, filius dei;* 5, 10 *siud nutans*, quibus non graeca ἔσῃ ζωγρῶν redduntur, sed potius lectio Brix. *eritis captores;* 2, 14 *godis viljins* quis graecum εὐδοκία vel εὐδοκίας Gothum his verbis reddidisse contendat, nec potius codicum latinorum *bonae voluntatis?* 1, 29 *ïnnagahtai* procul omni dubio latinos sequitur, qui pro graeco λόγῳ *introitu* legunt; sic etiam in epistolis: Cor. 2, 5, 10 ubi gr. διά habent, Gothus *svesona* = latinorum *proprios*, qui ἴδια legisse videntur; 12, 17 *ïbai þairh wana* = Vulg. *numquid per aliquem*, gr. τινα ὧν — δι' αὐτοῦ; Philipp. 4, 8 *veih* = latino *sancta*, gr. ἁγνά; 1, 18 *þandei* = latinorum *dum*, gr. πλήν vel πλὴν ὅτι. Sic Gothum quum Cor. 2, 8, 19 pro graeco χειροτονηθείς *gateviþs* reddat, latinum *ordinatus* ob oculos habuisse suspicamur, cui verbo gothicum (a *tevi*, ordo, ductum) multo propius quam graeco accedit; et Philipp. 4, 6 ubi graeca ἐν παντὶ τῇ προσευχῇ per *ïn allai bidai* convertuntur, aliquis coniicere potest, Gothum interpretem non graeca verba, sed latina *in omni oratione*, male intellecta, quod formulam in omni, per se positam (*in allem*), ad sequentem vocem traxerit, esse secutum [47]).

---

43) Prolegg. in novum testamentum p. 114 sqq. edit. prior.

44) vid. Bengelii Apparatum novi testamenti p. 408 sq.

45) l. l. p. 358 edit. Seml.

46) cf. Zahnii Einleit. p. 32 sq.

47) Wetstenius p. 306 sententiam de confectione nostrae versionis e latinis libris male probat dicens, ubi latinus interpres verba graeca aut parum accurate aut perperam verterit, eodem modo etiam vertisse Gothum; sed lectiones plerorumque locorum ab eo vituperatorum (M. 6, 11. 16. 27. 9, 38.

Quodsi indicatis his vestigiis, tamen versionem nostram e graecis libris ductam esse contendimus, et remittimus lectores ad ea, quae supra de indole huius versionis in universum diximus, et haec addimus: Gothus participium verbi substantivi εἶναι et ὑπάρχειν cum graecis ponere solet, ubi latini propter huius participii inopiam aut relativo pronomine aut coniunctione aliqua ad illud circumscribendum utuntur; particulas quasdam graecas a latinis omissas fideliter reddit, sic ἄν Luc. 9, 46. 10, 13. 17, 6. Joh. 9, 41. Rom. 9, 29; περ Luc. 18, 14. Cor. 2, 8, 7; multis locis lectiones latinorum a graecis discrepantes nec Gothus habet, sed cum graecis concinit, sic L. 1, 10 ubi nullus latinorum cum Gotho προσδεχόμενον legit; sub orationis dominicae finem Gothus cum codd. graecis doxologiam habet, quam latinorum fere nullus agnoscit; et quid alia producamus, quum paucis exceptis omnia fere e graecis hausta esse aperte testentur?

Viri eruditi igitur quum in Ulfilae versione aliquot locis latinorum codicum lectiones reperissent, alii cum libros utriusque sermonis consuluisse [48]), alii versionem gothicam posteriore aetate ab aliis theologis ad latinos libros reformatam esse censuerunt [49]). Quarum opinionum prior parum laudanda videtur; nam etiamsi neque cum Wetstenio, *num Ulfilas linguae latinae peritus*, neque cum Hickesio et Lacrozio, *num latina lingua in Moesia* vulgaris et latini sacrae scripturae codices illuc translati fuerint [50]), quaerimus; tamen quia lux evangelii Gothis a graeco orbe affulserat, fieri non potuit, quin doctores gothici, qui a Graecis doctrinam acceperant et in graecorum christianorum conciliis intererant, graecae linguae gnari essent, ex quo intelligitur, nullam esse causam, cur primus interpres bibliorum ad libros latinos confugerit, cuius linguae, si vere eam calluit, cognitio ei certe non paratior quam graecae esset. Medio quidem aevo theologos tanta linguae graecae imperitia laboravisse scimus, ut sicubi literae sacrae essent adhibendae, ad libros latinos confugeretur, id quod Lutherus noster fecit, priusquam graecis literis studere coepisset; sed inde probare, illa quoque aetate hominibus exteris latinam quam graecam faciliorem intellectu fuisse atque in explicandis locis difficilioribus latinos libros adhibitos, periculosius videtur. Et si vere habuit libros latinos, cur de tam paucis locis eos consuluit, de plurimis aliis neglexit, ubi propter difficultates interpretationis aut minus recte aut prorsus falso convertit? Multo autem probabilior est altera sententia, qua versio in Moesia ex libris graecis confecta postea in Italia ab aliis theologis gothicis ad teno-

---

Mc. 1, 38) recte habent et cum graecis conspirant, saltem probe pro intellectu Gothi reddita continent. Contra aliis locis Gothus latinos libros non secutus suo Marte minus recte convertit, vide de aliis Luc. 1, 5 et 8 ubi graecum ἐφημερία latini multo rectius per *vicem*, quam Gothus per *afar* et *kuni* reddiderunt. Nec firmioribus argumentis Semlerus ad Wetsten. p. 308 epistolam ad Romanos e latino codice expressam esse comprobat, nam quae loca probantia adducit, aut nihil probant, aut a Knittelio falso sunt lecta vel explicata; sic 11, 34 *imma* dativum pro graeco αὐτοῦ posuit Gothus, quia ita eius lingua dativus pro genitivo substantivis apponi solet; et quae versio latina habet *ei* vel *illi*, ut eam secutus esse Gothus dici possit? Sic 12, 3 *gups* (dei) versio latina nulla, codices graeci permulti addunt; 12, 19 Knittelium falso legisse ad h. l. diximus; 14, 9 *qivaim—daupaim* haec verba cum Gotho non solum latini, sed etiam graeci libri transponunt.

48) Benzelius praefat. p. XXXIII: versio facta est, inquit, non aliunde, quam authentica graeca, latino tamen interprete, qui ille cumque fuit, non inconsulto; cf. Bengelium Defensione N. T. p. 27. Semlerum ad Wetsten. p. 309. Grimmium W. J. LXX p. 47.

49) Wetstenius p. 306 edit. Seml. Ihre Ulfil. illustr. p. 268. Zahnius Einleit. p. 31 sqq. Castillion. Specim. praef. p. XX. cf. eundem ad Ephes. 2, 3 et ad Galat. 4, 18.

50) cf. Ihre Ulfil. illustrat. p. 260. 269.

rem et normam latinorum librorum mutata et interpolata esse existimatur. Neque Griesbachius [51]) audiendus est, qui gothicam versionem aliqua relatione cum latinis coniunctam esse negans potius, quae illa ex his in se translata habere videatur, ea aut casu fortuito et a Gotho et a Latinis addita, aut quum consensus ita habeat, ut maxime interpretamenta, glossemata, additamenta e locis parallelis [52]) eiusque sint generis alia, in utramque versionem ex eodem fonte deducta esse opinatur. Haec altera opinio, ut priorem omittamus, sagaciter quidem excogitata est, sed si vir doctissimus epistolarum nunc editarum comparationem instituere potuisset et vel errores e latinis in gothicam versionem transiisse vidisset, procul dubio aliter iudicasset; nam e. g. quod Eph. 2, 3 ad verbum textus *viljans* (voluntates) in margine *lustuns* (voluptates) positum est, unde ea lectio venit, nisi e latino codice, in quo verba sonu similia permutata erant? Neque illa sententia, nobis probata, tam ridicula est, quam Richardo Simoni [53]) videbatur, modo ne de Vulgata cogitetur, ad quam nostra versio mutata sit. Vulgatam enim, quam nunc vocant, Gothos non adhibuisse non solum inde cognoscitur, quod multo post usu recepta est, verum etiam quod Gothica versio et novi et veteris testamenti, cum nullo fere *libro rarius*, quam cum illa concinit [54]); contra saepius cum antiqua illa versione, quam hoc nomine appellatam Sabatier e variis codicibus collectam cum Vulgata edidit, saepius etiam cum Brixiano codice, quem Blanchinius edidit; sed cum nullo horum *librorum ita congruit* Gothus, ut unum aut alterum prae reliquis secutus esse dici possit. Res autem sic habere videtur: Gothi relictis Istri ripis biblia sua, sicut erant ab Ulfila conversa, aut etiam ab aliquo, si quid deesset, perfecta, secum in Italiam deportarant; ibi incolentes quum linguam Romanorum didicissent et latinos sacrae scripturae codices, in quos inciderant, a sua interpretatione discrepare, passim etiam auctiores esse vidissent, ex illis exemplis libros suos ita correxerunt atque mutaverunt, ut vel singula verba gothica antiquae versionis cum aliis sive usitatoribus, sive ad sensum reddendum magis idoneis permutarent, vel si quae manca viderentur, ea supplerent. Quo factum est, ut non solum lectiones librorum latinorum in versione ea, quae e graecis codicibus facta erat, deprehendantur [55]), sed etiam eae literarum sacrarum partes, quae binis exemplis gothicis conservatae sint, duarum recensionum vestigia ostendant, alteram antiquiorem ad textus graeci similitudinem magis accommodatam, alteram recentiorem multis locis emendatam, mutatam, interpolatam, sed ita, ut, qui eam relegerent atque retractarent, ii librorum antiquorum lectiones religiose in margine sui codicis adpingerent, quas adnotationes librarii posteriores reddiderunt aut etiam aliis auxerunt. Sic in iis fragmentis, quae codex Argenteus solus continet, diligentius inter se comparatis, cognovisse nobis videmur, alia ad recentiorem, alia ad veteriorem recensionem pertinere; et ad illud quidem genus maxime insignem evangelii *Lucae* a reliquorum evangeliorum ratione diversitatem referimus, cuius et frequentior cum libris latinis consensus, et discrepantes singularum vocum scripturae [56]), praeterea usus formarum

51) Epistola ad Zahnium data, vid. Zahnii Einleit. p. 34.

52) Loca ex parallelis interpolata habes haec: Matth. (3, 11) 27, 42. (58). Marc. 2, 22. 10, 4. 14, 47. 15, 21. 37. 40. 16, 1. 2. Luc. 4, 33. 6, 4. 9, 43. 50. Joh. 15, 2. Gal. 5, 20. Coloss. 3, 8. cf. Millii Prolegg. 742 sq.

53) Historia critica versionum N. T. p. 222.

54) cf. Knittelium p. 376. Zahnium p. 32. Pro multis aliis locis nunc laudamus Timoth. 1, 3, 6 locum celeberrimum, ubi Goth. cum graecis θεός, a Vulgata omissum, legit, et de vetere testamento cf. numeros, e libro Genesees supra p. XI citatos, qui a Vulg. multum discrepant.

55) vid. supra pag. XVII.

56) Sic hoc evangelio saepissime *d* pro *þ* in terminatione ponitur, maxime in tertia singularis et secunda pluralis persona: 1, 13 *gabairid* pro

verborumque in reliquis evangeliis aut nunquam aut rarissime obviorum [57]), et plurimae lectiones variae et glossae [58]) ad marginem adscriptae, sive a correctoribus ipsis, sive a librariis alia exempla comparantibus additae, quarum quaedam in textum sunt illatae [59]), manus emendatrices satis perspicue indicant. Huc accedit, quod in codice Vindobonensi, cuius supra mentionem fecimus, pauca quaedam verba gothica adducuntur, comparata cum aliis recentioris linguae germanicae; in his, haud dubie ex evangelio Lucae sumtis,

---

*gabairiþ.* 17 *fauraqimid.* 32. 35. 5, 36. 37. 6, 45; 2, 12. 5, 10. 24. 30. 34. 6, 2. 24. 25. 31. 32. 34. 46; 3, 14. 6, 27. 28. 33. 35. 36. 37. 38; 3, 4. 5, 4. 6, 23. 27. 35. 37; 6, 3; in forma neutra participii praeteriti: 2, 12 *galagid.* 23. 4, 10. 17. 6, 48. cf. 15, 16 *sad* et 7, 46 *haubid* pro *saþ* et *haubiþ;* in tertia singularis praeteriti verborum prioris coniugationis: *bad* 8, 31. 15, 28; *anabaud* 5, 14. 8, 29. 55. *faurbaud* 5, 14. 8, 56; sic in terminationibus masculinis sequente *s* litera: *stads* 14, 22; *faheds* 1, 14. 2, 10. 15, 7; *hundafaþs* 7, 6 et in participiis *mikilids* 4, 15. *gahrainids* 4, 27. *gamanvids* 6, 40; deinde *b* pro *f* uti 4, 3 *hlaibs; n* pro *g* ante palatinas literas, *ng, nk, nq* pro *gg, gk, gq,* vid. ad Luc. 14, 31. (ea scribendi ratio, quae etiam in documento Aretino invenitur, latinitatem videtur olere); literae geminatae simpliciter ponuntur: *fulnan* pro *fullnan,* vid. ad 2, 21; *fauragagjins* et *fauragagjan* 8, 3. 16, 1 pro *fauragaggjan.* Praeterea vocales cum aliis vocalibus et diphthongis permutantur; *ei* cum *e:* 2, 10 *faheid.* 15 *ïohannein.* 8, 32 *anasaisleip.* 9, 13 *manaseidai* pro *faheð, ïohannen, anasaislep, manasedai,* cf. ad 3, 5; *e* cum *ei:* 2, 37 *blotande.* 43 *miþþane.* 10, 5 *þane.* 19, 37 *þoze* pro *blotandei, miþþanei, þanei, þozei,* cf. ad 10, 5; *e* cum *i: andbahtededun* 8, 3. *svekunþs* 8, 17. *aggele* 9, 26. 15, 10 pro *andbahtidedun, svikunþs, aggile; i* cum *e: galagidideina* 5, 18. 6, 11. *qimi* 7, 3 pro *galagidedeina* et *qemi,* vid ad 8, 56; *au* cum *u* vid. ad Marc. 7, 32; *u* cum *au* vid. ad Luc. 1, 54; *o* cum *u:* 3, 26 *ïodins.* 16, 8 *sunjos* pro *ïudins* (vid. vs. 30) et *sunjus,* alia vide ad 4, 13 adnotata. Huc pertinet emissio *j* literae e formis quibusdam verbi *visan:* 9, 12 *sium.* 5, 10 *siud.* 9, 41 *siau.* 8, 25 et 14, 31 *siai.*

57) Verborum formae huic evangelio soli in codice Argenteo propriae: *auhmists* 3, 2. 4, 29. 19, 47 pro *auhumists; iba* 17, 9 pro *ibai; unhulþa* pro *unhulþo* 4, 35. 8, 29. 33. 9, 42 (legitur quidem etiam Matth. 25, 41, sed est hic locus e codice Ambrosiano); 6, 40 *laisaris* pro *laisareis;* 1, 23 *andbahteis* pro *andbahtjis,* vid. h. l.; 9, 39 *hroppiþ* pro *hropeiþ,* cf. Grim. I. 847; 19, 12 *gaggida* pro *ïddja; bai* pro *bajoþs* 1, 6. 7. 5, 7. 6, 39. 7, 42; *nauhþan* pro *nauhþanuh* 1, 15. 8, 49. 9, 42 (in sententia negativa etiam J. 6, 17). Verborum eorum, quae aut nusquam in evangeliis amplius, aut perquam raro inveniuntur, tantus est numerus, ut omnia proferri vix possint, quapropter lectores Glossarium adire iubemus; unum alterumque posuisse sat erit: dicitur apud Lucam *airus* pro *aggilus, flodus* pro *awa, naus* pro *dauþs, manaseds* pro *managei, gaujans* pro *bisitands, gatvo* et *fauradauri* pro *plapjo* (*platjo*), *unhails* pro *siuks, namnjan* pro *haitan, skeinan* pro *liuhtjan, þiuþspillon* pro *vailamerjan, magus* pro *þiumagus* multaque simplicia pro compositis, uti *sviltan, aistan, qistjan* all. Alia omittimus, quia in textu graeco etiam huic evangelio sunt propria; addimus autem hoc loco ex observationibus syntacticis prae ceteris, in hoc evangelio articuli eum usum esse, ut etiam substantivo postponatur, vid. 3, 8 *us stainam þaim.* 17, 17 *taihun þai.* 20, 15 *aurtjam þaim;* ea constructio in epistolis saepissime, in evangeliis praeterea tantummodo Joh. 7, 8 invenitur.

58) Variae lectiones: 5, 28 in textu *ïddja* — marg. *laistida;* 6, 27 *fijandam* — *hatjandam;* 40 *gamanvids* — *ustauhans;* 7, 32 *gaunodedum* — *hufum;* 8, 27 *unhulþons* — *skohsla;* 9, 34 *qemun ïn þamma milhmin* — *jah at ïm ïn milhmin atgaggandam;* 16, 13 *faihuþraihna* — *mammonim;* glossae: 3, 14 in textu *valdaiþ* — marg. *ganohidai sijaiþ;* 6, 49 *flodus* — *awa;* 9, 13 *manaseidai* — *managein;* quamquam inter varias lectiones et glossas vere distinguere difficillimum est.

59) Hae multo pauciores sunt, quam quas Zahnius Einleit. p. 34 enumeravit, et iniuria Castill. huc refert loca Cor. 1, 12, 15. 2, 10, 16. Galat. 5, 4. Coloss. 2, 23, de quibus locis in adnotatione diximus; sed citra omnem dubitationem L. 2, 2 de verbis *at visandin kindina syriais raginondin saurim* alterutrum e glossa ortum est, nam *at visandin kindina syriais* idem est, quod *raginondin saurim;* idem 5, 35 de altero *jah;* 14, 32 de *jabai nist mahteigs;* 17, 6 de *jabai;* Cor. 1, 15, 6 de *fiþkundam;* Coloss. 3, 12 de *armahairtein* statuendum est, cf. etiam ad Luc. 19, 7.

tituli et alius cuiusdam loci lectiones [60]) a cod. Arg. diversae insunt. ***Marci*** etiam evangelii duarum recensionum vestigia deprehenduntur, in quo et sermonis complures proprietates aut cum Luca communes, aut ab omnibus reliquis discedentes cognoscuntur [61]), et variae lectiones in margine sunt adscriptae [62]), et cuius textus, uti Lucae, saepius ex reliquis evangeliis interpolatus [63]) apparet. Quod his indiciis docti de Luca et Marco invenimus, idem de ***Matthaeo*** et ***Johanne*** statuendum esse alii libri gothici probant; in codicibus enim Ambrosianis fragmenta evangelii Matthaei leguntur, in quibus discrepantiae a textu codicis Argentei sunt [64]); deinde in opusculo illo theologico, de evangelio Johannis scripto (***Skeireins***), loca pleraque huius evangelii citantur, e quibus auctorem illius opusculi textum a nostro diversum habuisse apparet [65]).

Considerantibus has diversitates, eas leviores modo esse, neque illa retractatione versionis prioris aut indolem aut aequalitatem interiisse cognoscitur. ***Epistolae*** utrum iam ad Istri ripas conversa fuerint Gothis, an demum in Italia, decernere non audemus nos quidem, quamquam nihil cogitare possumus, quod ne fieret, impedimento fuerit. Quae autem fragmenta ad nostram aetatem pervenerunt, ea posteriori tempori tribuenda esse, inde disci potest, quod non solum cum codicibus italicis fere conspirant, sed etiam quod novas formas (vid. ad Thess. **1**, **4**, **14**), novas syntaxis rationes (vid. ad Coloss. **4**, **10**) multasque proprietates supra indicatas continent. Earum autem epistolarum etiam duas exstitisse recensiones discrepantia codicum indicat; de antiquiore illa quantum superest verbis contextis edidimus (cod. Carol. et cod. B), altera, cuius varietatem in adnotatione subiunximus (cod. A), recentior esse videtur: nam duo illi codices, quos significavimus, nullas habent adnotationes marginales, certe non eas, quibus variae lectiones aut glossae indicantur [66]), in altero autem recentior aetas, nisi e variis lectionibus margini appictis [67]), certe

---

60) Scriptum est *aivaggeljo þairh lokan;* quum in codice nostro *lukan* legatur, ex alio codice illud desumtum esse apparet; sic etiam *vaurþun afar þo,* quae verba certe ad Luc. 9, 28 pertinent, in cod. nostro legimus addito *þan: vaurþun þan afar þo* (intell. *vaurda*).

61) v. c. quum formulae *sunus mans* apud Matthaeum (9, 6. 10, 23. 11, 19) articulus addi soleat, apud Marcum omittitur 2, 10. 8, 31. 38. 9, 9. 12. 31. 10, 33. 45. 13, 26. 14, 41, quod apud Lucam etiam plerumque factum est.

62) 1, 6 in textu *haiþivisk* — margine *vilþi;* 1, 11 *in þozei vaila galeikaida — þukei vilda;* 5, 4 *gatamjan — gabindan;* 12, 24 *mela — bokos.*

63) vid. Not. 52.

64) 26, 72 cod. Arg. *afaiaik* — cod. Ambr. *laugnida;* 26, 75 *afaikis — invidis;* 27, 1 *runa — garuni;* ibid. *gudjans — þai gudjans.*

65) 6, 11 cod. Arg. *qaþ du siponjam* — Skeir. *qaþ siponjam;* eodem versu *þei — ei;* 6, 13 *fimf — þuim ·e· ;* paulo post *hlaibam þaim barizeinam — hlaibam barizeinam;* eodem versu *þaim matjandam — at þaim matjandam;* 7, 46 *andhofun — andhofun þan;* 7, 48 *fareisaie — þize fareisaie;* ut omittamus quod 7, 47 pro *sijuþ* scriptum est *siuþ* et 6, 9 *tvans* pro *·b·*

66) Margini codicis B adscriptae sunt literae numerales et solae et voce *laiktjo* addita, quarum illis capita, his praelectiones ecclesiasticae indicantur; de iis vide infra; quod ad Cor. 1, 15, 57 *sihv* legitur, Castillionaeus coniecturam suam, quasi 218 versus significaret, ne sibi quidem ipsi probavit, nec nobis literarum illarum significatio perspecta est, nisi forte quis respiciens sensum versiculi, in quo deus victoriam nobis per Iesum Christum dedisse dicitur, literas illas latinas esse coniicit pro *si. h. v.* = signo hoc vinces, ut theologus gothicus indicare voluerit, cives ea tessera usos victoriam de hostibus suis nescio externis aut internis reportaturos esse.

67) Rom. 9, 13 in textu *fijaida* — marg. *andvaih* (?); 10, 7 *ïup— ..rjo* (in quo fragmento non adverbium, sed verbum pro *ïup ustiuhan* latere suspicamur, fortasse *usfarjon*); Cor. 1, 9, 9 *ni faurmuljais auhsau þriskaidai — ni faurvaipjais munþ auhsau þriskandin;* 19 *gageigaided-*

e frequentissima lectionum emendatione ad graecum textum facta [68]) et ex singulari scriptura saepe obvia cognoscitur. Huc referimus frequentem assimilationis usum, qua *h* litera finalis in eandem primam sequentis vocis mutatur, quae figura quum rarius in evangeliis, certe iis, quae in codice Argenteo continentur, nec nisi ante *þ* inveniatur [69]), rarius etiam in cod. B, in cod. A ante omnes liquidas et medias literas adhibetur [70]); deinde usum simplicium vocalium in terminationibus pro diphthongis [71]), omissionem

---

*jau — gastaistaldjau;* 21 *gageiggau — gavandidedjau;* 22 *waiva — vaila;* 10, 30 *andnima — brukja;* 13, 3 *ei gabrannjaidau — ei wopau;* 5 *ni sokeiþ sein ain — ni ïnaljanoþ sein ain;* 15 33 *vinjand — fravardjand;* 2, 1, 8 *afsvaggvidai veseima — skamaidedeima;* 2, 11 *galiugnondau — gafaihondau;* 15 *fraqistnandam — fralusnandam;* 3, 14 *afdaubnodedun — gablindnodedun;* 5, 12 *uskannjaima — anafilhaima;* 12, 7 *hnuþo — gairu;* 12, 15 *laþaleiko — gabaurjaba;* Gal. 2, 5 *gastandai — þairhvisai;* 6 *andsitaiþ — nimiþ;* 8 *gatavida — vaurhta;* 4, 3 *uf stabim fairwaus — uf tugglam;* 13 *siukein — unmahl;* 21 *niu hauseiþ — niu ussuggvuþ;* 6, 3 *fraþjamarzeins ïst — sik silban uslutonds ïst;* Eph. 1, 9 *bi viljan saei fauragaleikaida ïmma — ana leikainai þvei gavaidida ïn ïmma;* 14 *gafreideinais — ganistais;* 2, 3 *viljans — lustuns;* ibid. *vistai barna hatizis — us sateinai urrugkai;* 2, 10 *godaim — piuþeigaim;* 3, 10 *filufaihu — managnandei managei(?),* quarum adnotationum maxima pars interpretationes, aliae emendationes secundum graecum textum (Cor. 1, 13, 3. Gal. 2, 6. Eph. 1, 9) aut secundum latinas versiones (Gal. 4, 21. Eph. 2, 3), aut lectiones codicis B continent (Cor. 2, 1, 8. 12, 15).

68) Cor. 1, 16, 2 cod. B *taujai* (faciat) — cod. A *lagjai* c. gr. omn. ποίεω; 2, 1, 8 *skamaidedeima uns — afsvaggvidai veseima* haesitantes essemus, quod gr. ἐξαπορηθῆναι propius accedit; 19 *vailamerjada* evangelizatur — *merjada* praedicatur, c. gr. omn. κηρυχθείς; 2, 13 *ïmma* ei — *ïm* iis, c. gr. omn. αὐτοῖς; 3, 3 *svikunþ* manifestum — *svikunþai* manifesti, c. gr. omn. φανερούμενοι; 3, 9 *us vulþau* e gloria — *ïn vulþau* c. gr. omn. (ἐν) δόξῃ; 8, 19 *miþ gasinþam* cum sociis — *miþgasinþa* consocius, c. gr. omn. συνέκδημος; 20 *bivandjandam* devitantibus — *bivandjandans* devitantes, c. gr. omn. στελλόμενοι; 22 *filaus mais* multo magis — *filu* multo, c. gr. omn. πολύ; 13, 5 *ibai* num (μήτι. ἄρα) — *nibai* nisi, c. gr. plerisque εἰ μήτι; Eph. 1, 22 *all* omne — *alla* πάντα; 2, 2 *aivis* aevi — *fairwaus* mundi, c. gr. omn. κόσμου; 2, 5 *sijum* sumus — *sijuþ* estis, c. gr. omn. ἐστέ; vice versa 4, 25; 4, 28 *ak* sed — *ïþ* verum, c. gr. omn. δέ; 4, 30 *þammei* quo — *ïn þammei,* c. gr. omn. ἐν ᾧ. Varietates permultae aliae utrinsque codicis ita sunt comparatae, ut uterque graecos diversos secutus sit, cod. A autem maxime eos, quorum origo italica est certa: Cor. 2, 2, 12. cod. B: *ïn aivaggeljon* εἰς τὸ εὐαγγέλιον — cod. A: *ïn aivaggeljons* διὰ τὸ εὐαγγέλιον; 16 *dauþaus* θανάτου — *us dauþau* ἐκ θανάτου; 3, 9 *andbahti* διακονία — *andbahtja* διακονίας; 5, 12 *hairtin* καρδίᾳ — *in hairtin* ἐν καρδίᾳς; 7, 3 *gasviltan* ἀποθανεῖν — *miþgasviltan* συναποθανεῖν; Eph. 1, 19 *ïn uns* εἰς ἡμᾶς — *ïn ïzvis* εἰς ὑμᾶς; Philipp. 3, 13 *ni þau* οὐχ (ἆρα) — *ni nauh* οὔπω. Rarissine lectiones codicis A graecorum auctoritas deficit, ut Cor. 2, 7, 9 ubi pro *ïn vaihtai* legit *vaihtai,* quum *ïn* praepositionem omnes gr. agnoscant; sic 9, 2 ubi *wopam* (gloriamur) pro *wopa* (glorior) nec graeci nec latini habent; 13, 7 *ungakusanai* (reprobi) cum solo cod. Lincolniensi, quantum sciamus, pro *gakusanai* (δόκιμοι) legit; quod denique Coloss. 3, 1 pro *þarei,* quod omnes codd. (οὗ) postulant, *þar* (ibi) praebet, librarii errore positum esse suspicamur. Reliquae quae intercedunt diversitates, non sensum aut textum diversum praebent, sed continent diversitates interpretandi, sic Cor. 2, 7, 8 B *auk* — A *unte;* 9, 2 *gavagida — usvagida;* Gal. 2, 6 *vulþris — vulþrais;* 6, 1 *atsaiwands — andsaiwands;* Eph. 1, 14 *ïzei — saei;* 3, 10 *managfalþo — filufaihu;* 3, 19 *du — ïn;* 6, 11 *diabulaus — unhulþins;* 6, 18 *vakandans — duvakandans;* Coloss. 3, 5 *vinnon — vinna.*

69) Quod scribitur *jan - ni* M. 25, 42 et *jassa* 26, 2, ea e cod. Ambros. sunt.

70) Praeterquam quod illa mutatio ante *þ* admittitur, idem fit quoque ante liquidas: *l* Cor. 2, 1, 8. (aliter 7, 8.) Eph. 3, 18; *m* Philipp. 3, 17; *n* Cor. 1, 10, 20. 2, 1, 18. 19. 3, 13. 5, 12. 8, 5. Philipp. 3, 3. all.; *r* Cor. 2, 8, 10 cf. ad 4, 6; *s* Cor. 1, 5, 8. 11, 2. 2, 8, 15. 7, 3. Philipp. 4, 2; ante medias: *b* Cor. 1, 10, 21. 2, 7, 15. 9, 4; *g* Cor. 2, 2, 7. 5, 5. 18. 8, 23. Eph. 4, 24; *d* Cor. 2, 2, 16; quid? quod ante *k* tenuem literam assimilatione utitur Cor. 1, 7, 16.

71) Sic *i* pro *ei:* Cor. 2, 13, 3 *siukiþ,* Gal.

literarum exilius sonantium in fine verborum [72]); evitationem quorundam generum hiatus interposita *j* litera [73]). Quibus omnibus collectis (eaque copia multis facile aliis augeri potest), aperte indicatur, linguam gothicam antea rudem, agrestem, inconditam ab iis, qui librorum sacrorum interpretationi gothicae denuo operam dederunt, ab incorrupta integritate ad peregrini sermonis consuetudinem deflexam et emollitam esse.

Reliqua sunt fragmenta *veteris testamenti*, pauca quidem, sed idonea ad certissimam coniecturam faciendam, plerosque certe libros eius gothice fuisse conversos; libros enim levioris argumenti prae gravioribus a Gothis linguae patriae traditos vix credibile esse, sed procul dubio ceterorum etiam librorum versionem exstitisse, supra ostendimus. Ea autem translatio aetati esse videtur tribuenda, postquam Gothi in Italia sedes ceperunt. Nam quum non ex hebraico codice fluxerit, sed e translatione septuaginta interpretum ea, quae Complutensis editionis fons fuit, id quod ex collatione gothicae cum Complutensi facile cognoscitur [74]), Complutensem autem ex italicis codicibus confectam esse constet [75]), gothicam etiam versionem, saltem fragmenta nostra, ex libris italicis haustam atque in Italia factam esse apparet.

Ad argumenta, quibus nostram versionem plerasque mutationes in Italia passam esse supra probavimus, haec etiam certiora adiici possunt: post inscriptiones singulorum librorum ponitur ***dustodeiþ*** vel ***anastodeiþ***, i. e. incipit [76]), quod in graeco nullo, verum in latinis plerisque invenitur [77]); in fine epistolarum additur ***ustauh***, i. e. explicit [78]) sive praemissa brevi significatione, ad cuius ecclesiae christianos apostolus epistolam scripserit [79]), sive indicato loco, unde illas miserit [80]). Quas subscriptiones quum ab Euthalio,

---

6, 3 ***þugkiþ*** pro ***siukeiþ***, ***þugkeiþ***; *e* pro ***ei***: Cor. 2, 5, 21. 8, 16. Gal. 6, 13. Eph. 2, 16. Philipp. 2, 26 ***ïze*** et ***þize*** pro ***ïzei*** et ***þizei***. Contra in mediis vocibus pleniores praefert sonos, scribit enim Cor. 2, 1, 12 ***usmeitum***. Gal. 3, 19 ***þizeiei***. Col. 4, 7 ***tykeikus*** pro ***usmetum***, ***þizei***, ***tykekus***.

72) Cor. 2, 13, 5 ***þau***; 12, 2. 3. Eph. 2, 12 ***ïnu*** pro ***þauh*** et ***ïnuh***.

73) v. c. pro ***ia*** scribit ***ija*** in ***friþaþva*** omnibus locis, ubi id verbum legitur pro ***friaþva***; ***iai*** — ***ijai*** in ***sijai*** Philipp. 4, 5. Col. 4, 6; ***aïï*** — ***aijï*** in ***saijiþ*** Cor. 2, 9, 6. Gal. 6, 7. 8; ***eiha*** — ***eijha*** in ***freijhals*** Cor. 2, 3, 17 multisque aliis locis. Contra ***iu***, pro quo antea ***iju*** scribi solebat, maxime in cod. A restituitur, in ***siun*** et ***siuþ*** Cor. 2, 2, 17. 3, 3. 6, 16. 13, 9. Eph. 2, 8. 10. 4, 1. Philipp. 3, 3.

74) vid. Esdr. 2, 31 ubi ***anþaris*** vulgo omissum c. Complut. (ἑτέρου) addit; 39 ***þusundi ïz*** = χίλιοι δεκαεπτά, lectioni Complut. pro χίλιοι ἑπτά; Neh. 5, 13 ab initio c. Complut. addit ***jah*** (χαίγε); sic vs. 14 ***þiudanis*** (βασιλεῖ) post ***artarkxaïrksaus*** Ἀρθασασθά et ibidem ***xaï ïgô*** pro ἐγώ, nisi quod verbis transpositis ***ïk jah*** legit; paullo post quum vulgo scriptum sit βίαν αὐτῶν οὐκ ἔφαγον καὶ τὰς βίας τὰς πρώτας ἃς πρὸ ἐμοῦ ἐβάρυναν ἐπ' αὐτούς, Goth. cum Complut. legit ἄρτον τῆς ἡγεμονίας μου οὐκ ἐφάγομεν· οἱ δὲ ἄρχοντες οἱ ἔμπροσθέν μου ἐβάρυναν ἐπὶ τὸν λαόν, convertit enim: ***hlaif fauramaþleis meinis ni matidedum***. ***ïþ fauramaþljos þaiei vesum fauramis kaurideddun þo managein***; vs. 15 pro δίδραχμα cum Complut. legit σίκλους (***sikle***); pro ἐκτετιναγμένοι αὐτῶν ἐξουσιάζονται cum eodem libro παιδάρια αὐτῶν ἐκυρίευσαν (***skalkos ïze fraujinodedun***), et sic porro. Eum textus gothici cum Complutensi consensum iam Speciminis editores indicaverunt, sed non omnibus locis id ab iis factum est, ubi Goth. cum illo libro conspirat.

75) vid. epistolam ad Leonem X. summum episcopum, Complutensi praefixam.

76) vid. evangelia Marci et Lucae, epistolas ad Corinthios alteram et ad Ephesios; epistola ad Galatas abrupte incipit, reliqua vero evangelia et epistolae sunt ἀκέφαλα.

77) cf. Wetstenium l. l. p. 305.

78) vid. epistolas ad Romanos, ad Corinthios utramque, ad Galatas, Ephesios, Colossenses. Ceterum quod ***explicit*** gothicum ***ustauh*** reddidimus, voce latina usi sumus, pro qua rectius ***perfecit*** dicendum erat; cf. Grimmium W. J. LXX p. 34.

79) Sic in cod. B esse solet.

80) Sic in cod. A, qui etiam duas saepe subscriptiones coniunctas habet.

episcopo Alexandrino, medio seculo quinto demum factas esse inter omnes constet [81]), illo autem tempore neque Ulfilas adhuc *inter vivos esset*, nec Visigothi sedes antiquas ad Istrum incolerent, nec Ostrogothi, mortuo Attila rebellantes et novas sedes quaerere parantes, his rebus vacasse videantur; quo alio tempore, nisi postquam occupaverunt Italiam et — si etiam de reliquis Gothis dicendum est — Galliam eorum libri illas inscriptiones et subscriptiones acceperunt? E latinis libris Gothos etiam indicem lectionum ecclesiasticarum, additamenti eodem tempore cum subscriptionibus introducti [82]), in sua biblia transtulisse, earum appellatio *laiktjo* argumento est; illas enim sectiones Gothi si e graecis libris hausissent, verbum a *siggvan* (ἀναγιγνώσκειν) ductum formassent, ut graeco ἀνάγνωσις responderet, nunc autem vocem mere latinam posuerunt [83]). Praeter hanc divisionem, secundum lectiones factam, alia in utroque codice secundum capitula, sed diversa apparet. Nam quae in cod. B solo leguntur, maximam partem cum Euthalianis conspirant, quas praeterea habet cod. A et B, cum nulla librorum aliorum divisione congruunt [84]). Pro his divisionibus, ut id hoc loco moneamus, evangelia in codice Argenteo secundum canones, Eusebianis non absimiles, divisa sunt [85]), qui a primo interprete, an *ab* aliis *appicti sint*, certo dici non potest.

---

81) Absolvit autem Euthalius illam operam anno 458. vid. Mill. prolegg. 940 et 944. Ceterum in librorum fine illud *explicit* ponere, iam seculo quarto Romanos esse solitos, ex Hieronymi epistola 28, 4 cognoscimus.

82) vid. Mill. prolegg. 941.

83) Appositae sunt hae lectiones margini codicis B *et quidem* Cor. 2, 3, 4. 5, 11. 8, 1. 9, 1. 11, 29 (quarum quinque lectionum Euthalius quatuor tantum agnoscit). Gal. 5, 2. 25. Eph. 5, 1. 5. Philipp. 1, 21. 3, 1. 4, 1. Thess. 1, 3, 1.

84) In epistola ad Romanos, nisi in cod. Carol. ad 12, 1 *i* et ad 13, 1 *c*, nullae divisiones adscriptae apparent; in priore ad Corinthios (cod. A) ad 11, 3 ponitur *h* (8), ad 14, 26 *ie* (15), ad 15, 58 *iz* (17); legitur praeterea etiam ad 11, 25 *c* (5), qua Euthalianam divisionem indicari Castillionaeus existimat, cf. Knittelium p. 384. In altera ad Corinthios legitur in cod. B ad 1, 3 *a* (1). 1, 15 *b* (2). 2, 12 *g* (3). 4, 1 *e* (5). 4, 7 *q* (6). 5, 12 *z* (7). 7, 4 *h* (8). 8, 1 *ϸ* (9). 9, 3 *i* (10). 11, 21 *ia* (11); literam *d* (4) Castillionaeus (ad 2, 1, 3) omissam aut ita interiisse dicit, ut nulla eius vestigia deprehenderit; ceterum Euthaliana sectio prima ponitur ad 1, 1; octava ad 7, 2; decima ad 10, 1; undecima ad 11, 1: in cod. A duae tantum notantur sectiones ad 5, 11 *d* (4) et ad 8, 1 *q* (6), quae cum graecis omnino non congruunt. In epistola ad Galatas in cod. B ad 2, 11 *g* (3). ad 4, 21 *ϸ* (9). ad 5, 13 *ia* (11), compluribus omissis; in cod. A ad 3, 27 *g* (3); ad 4, 13 *d* (4). Epistola ad Ephesios cod. A ad 2, 1 *a* (1). Epistola ad Thessalonicenses priore cod. B ad 2, 17 *b* (2). 3, 11 *g* (3). 4, 13 *e* (5).

85) Hos canones primus Lye editioni Benzelianae apposuit; qui ab Eusebianis discedunt, sunt hi: evangelio Matthaei: sect. *md* 6, 9: Eus. 6, 14; *mq* 6, 20: 6, 19; *ne* 7, 15: 7, 13; *nϸ* 7, 19: 7, 21; *jϸ* 8, 22: 8, 23; *ϒd* 10, 33: 10, 32; *rq* 11, 16: 11, 14; *rz* 11, 18: 11, 15; *tme* 27, 51: 27, 52; evangelio Marci sect. *b* 1, 4: Eus. 1, 3; *g* 1, 6: 1, 4; *ϸ* 1, 14: 1, 15; *ka* 2, 13: 2, 14; *kϸ* 3, 13: 3, 14; *mq* 4, 34: 4, 35; *mz* 4, 35: 4, 36; *nq* 6, 12: 6, 13; *nh* 6, 15: 6, 16; *j* 6, 18: 6, 21; *jϸ* 6, 54: 6, 53; *ud* 7, 30: 7, 31; *uq* 7, 37: 8, 1; *pg* 8, 29: 8, 30; *ϒd* 9, 33: 9, 32; *ra* 9, 49: 9, 44; *rb* 9, 50: 9, 49; *rih* 11, 3: 11, 4; *rl* 12, 12: 12, 13; *rnϸ* 14, 8: 14, 7; *rpe* 14, 50: 14, 49; *rϒq* 14, 68: 14, 69; *rϒϸ* 15, 1: 15, 2; *s* 15, 2: 15, 3; *sa* 15, 3: 15, 4; *sϸ* 15, 20: 15, 21; evangelio Lucae *b* 1, 35: 2, 6; *g* 1, 36: 2, 8; *i* 3, 15: 3, 16; *ia* 3, 16: 3, 17; *ib* 3, 17: 3, 19; *lb* 5, 10: 5, 11; *mh* 6, 21: 6, 22; *na* 6, 26: 6, 25; *jϸ* 7, 18: 7, 19; *uh* 8, 11: 8, 12; *rpz* 15, 3: 15, 4; *rϒ* 15, 11: 15, 12; *rϒb* 16, 13: 16, 14; *rϒϸ* 17, 3: 17, 4; *sq* 17, 24: 17, 25; *siq* 18, 14: 18, 15; *ska* 18, 27: 18, 29; *ske* 18, 43: 19, 1; *slg* 19, 35: 19, 32; *sld* 19, 37: 19, 36; *slq* 19, 40: 19, 41; evangelio Johannis *nq* 6, 35: 6, 37; *jg* 6, 48: 6, 49; *jd* 6, 49: 6, 50; *ua* 6, 63: 6, 64; *ub* 6, 64: 6, 65; *ug* 6, 65: 6, 66; *ϒa* 10, 15: 10, 16; *ϒb* 10, 16: 10, 17; *ϒg* 10, 39: 10, 40; *rh* 12, 27: 12, 28; *rkq* 13, 36: 13, 37; *rlb* 14, 25: 14, 26; *rlz* 15, 16: 15, 17; *rlh* 15, 17: 15, 18; *rmd* 15, 23: 15,

Postquam de fontibus egimus, unde versio gothica, quam nunc habemus, composita sit, sequitur altera quaestio de ratione, quomodo Ulfilas interpretis munus administraverit, qua quaestione profligata intelligi poterit, quid utilitatis novi testamenti crisis inde capiat.

Ulfilam religiosissime sequentem textus graeci auctoritatem verbum de verbo reddidisse omnes fere consentiunt, sed eam fidem servilem plerique tamque superstitiosam cogitaverunt, ut vituperandane sit magis quam laudanda, in incerto relinquatur. Nam qui ita graecos secutum eum dicunt, ut vel formis passivis pro mediis graecis, male intellectis, utatur, quid aliud agunt, quam ut Gothum imperitiae linguae graecae atque adeo suae ipsius accusent? Sed iidem tamen Gothum modo accuratiorem graeci textus imitationem oblitum esse dicunt, modo graecorum auctoritatem deseruisse, id ubi aut soni suavitas aut sermonis gothici ingenium postulaverit [86]). Si vero ita convertit de graecis, ut suae etiam linguae leges observaret, quis eum, cuius sola fides laudanda sit, servilem in modum interpretatum esse contendat? Neque verum est, quod alii viri docti [87]) Ulfilam graecum exemplar totidem saepe verbis interpretatum esse, obscura obscure vertisse, ambigua in ambiguitate reliquisse, syntaxin graecorum collocationemque verborum servavisse aiunt, ut in eius libro graecum habeamus textum gothicis quidem vocabulis convestitum, horealibus tamen idiotismis plane carentem. Sed non solum per se incredibile est, hominem sapientem suo se sensu ita privasse, ut librorum sacrorum interpretationem faceret ita comparatam, ut eius verba legentes neque intelligerent, nec ullum inde fructum perciperent, quum tamen spectasset id, ut cives doctrina christiana e bibliis haurienda imbuerentur atque confirmarentur; sed etiam demonstrari perfacile potest, Gothum suae linguae copiis ita usum esse eiusque leges ita observasse, ut translationem vere gothicam, non graecam verbis gothicis vestitam exhibuisse dici possit [88]). Nam neque articulum ponit, nisi ubi sermo gothicus eum admittit, neque morem graecum cum subiecto neutro pluralis verbum singularis numeri coniungendi imitatur; duali numero saepius, quam in graecis fit, et loco genitivorum a substantivis pendentium saepissime dativis utitur (cf. ad Joh. 8, 34); praedicatum non casu cum subiecto congruo ponit, sed addita *du* praepositione reddit; duobus verbi temporibus contentus neque ad reddendum futurum, neque ad praeterita distinguenda novas formas inducit; tempora non computat annorum, sed hiemum spatiis (vid. ad Matth. 9, 20 et Luc. 2, 42), non noviluniis, sed pleniluniis (vid. ad Coloss. 2, 16), et quis enumerare potest, quoties verba transponit, neque negationem quidem solum, de qua re supra diximus, sed etiam alia (vide e Matthaeo solo 7, 24 *vaurda meina*, gr. *μοῦ τοὺς λόγους*. 24 *jainamma razna — οἰκίᾳ ἐκείνῃ*, sic 8, 13.

---

24; *rme* 15, 24: 15, 25; *rmq* 16, 2: 16, 1; *rmz* 16, 4: 16, 5; *rmþ* 16, 15: 16, 16; *rne* 17, 25: 17, 26; *rjþ* 18, 19: 18, 18; *ruz* 18, 28: 18, 29; *ruþ* 18, 35: 18, 34; *rч* 19, 6: 19, 7. Praeterea canones in codice adscribere librarius nonnunquam omisit, desiderantur enim Matth. 7, 15 *nq*; 7, 17 *nk*; 27, 51 *tmd*; 27, 62 *tna*; Marc. 16, 11 *sld* et 12 *sle*; Luc. 4, 24 *ka*; 6, 6 *mb*; 7, 11 *jz*; 9, 37 *чþ*; 10, 1 usque ad 10, 29 deinceps quinque sectionum numeri ab *rz* usque ad *rib*; 10, 29 *rkb*; 16, 13 *rчa*; 17, 7 *sa*; Joh. 15, 23 *rmg*.

86) vid. Zahnium ad Luc. 19, 31 et Einleit. p. 30, 2.

87) uti Castillionneus Specim. praef. p. XX, quem virum praestantissimum nunc, multo Ulfilae usu atque familiaritate edoctum, aliter sentire autumamus, ut ipse eos non laudet, qui sententiam illam ad verbum suam reddiderunt, quod fecit Aschbachius l. l. p. 35.

88) vid. Grimmium de hac re docte, uti solet, disputantem Gramm. praef. p. XLVI editionis prioris.

9, 26. 8, 3 *þata þrutsfill is* — *αὐτοῦ ἡ λέπρα.* 8 *uf hrot mein* — *μοῦ ὑπὸ στέγην.* 9, 6 *þana ligr þeinana* — *σοῦ τὴν κλίνην.* 27 *ïesua jainþro* — *ἐκεῖθεν τῷ Ἰησοῦ.* 11, 10 *sa ïst auk* — *οὗτος γάρ ἐστι.* 27, 45 *varþ riqis* — *σκότος ἐγένετο.* 46 *weila niundon* — *ἐννάτην ὥραν;* quoties nullam auctoritatem secutus verba quaedam addit, uti Matth. 5, 17 *ïk;* 19 *sah,* quod respondet praegresso *saei;* 8, 26 *ïesus* (quod etiam Syr. et Vulg. versiones addunt); 9, 17 *biþeh þan;* 10, 28 *þatainei,* quod praeter Tertullianum advers. Gnost. p. 829, sed alio loco positum (qui solum corpus occidant), nullus liber habet; 11, 23 *eis;* 27, 15 *warjanoh;* quoties alia omittit, uti eodem evangelio 25, 43 *ἤμην;* 27, 16 *λεγόμενον;* quoties rerum ac notionum amplificationes admittit, de qua re vide ad Matth. 9, 8 et 23. cf. ad Cor. 1, 9, 25; quoties verba graeca, saepius posita, variis gothicis reddit, uti Matth. 5, 23. 24 *aibr, giba* (*δῶρον*) 6, 2. 5 *andnemun, haband* (*ἀπέχουσι*) 1. 2 *laun, mizdon* (*μισθόν*) 19. 20 *hlifand, stiland* (*κλέπτουσι*) 27. 28 *maurnan, saurgan* (*μεριμνᾶν*) 7, 13 *ïnngaggan, ïnngaleiþan* (*εἰσέρχεσθαι*) 17. 18 *gods, þiuþeigs* (*ἀγαθός*) 24. 26 *vair, manna* (*ἀνήρ*) 9, 17 *niujata, juggata* (*νέον*) 32. 33 *bauds, dumbs* (*κωφός*) 26, 70. 72 *laugnida, afaiaik* (*ἠρνήσατο*), cf. Maresh. p. 472 sq. Massm. B. A. 1834 p. 962; ex quibus omnibus, nec solum in Matthaeo inventis, verum in reliquis etiam evangeliis et in epistolis, Ulfilam non inepte graecissare, sed sermonis gothici et morum indolem fideliter servare apparet. Neque in altera illa recensione, quam posteriore tempore factam et stylo graecis accuratius respondente elaboratam esse supra diximus, proprietates linguae gothicae ita interierunt, ut pro graeca verbis gothicis vestita haberi possit. Quae qui considerant, Ulfilam, quantum pro intelligentia fieri poterat, graecorum vestigia religiose persequutum, ubi autem linguae indoles sic postularet, illorum auctoritate contemta sensum tamen probe atque recte reddidisse sentient.

Sunt quidem loca, ubi minus accurate convertisse videtur; id autem omnibus fere linguarum peregrinarum interpretibus accidit, ut aut a singulorum verborum auctoris significatu aberrarent, aut eius sententiam non assequerentur, aut morum aliarum gentium institutorumque notitiam non satis paratam haberent. Neque Ulfilam, linguae graecae egregie peritum et praecipua arte opus suum facientem, ab ea culpa liberare nobis animus est, qui sacerdotes Iudaeorum in classes descriptos easque singulas singulis hebdomadibus munere sacro functas fuisse nesciret, nam *ἐφημερία* Luc. 1, 5 et 8 nec per *afar* (post i. e. posteri, posteritas), nec per *kuni* (genus, gens, familia) convertendum erat, neque laudamus, quod Matth. 5, 26 *minnista* (minimus) pro *ἔσχατος* (*aftumista*), Marc. 1, 4 *aflageins* (depositio) pro *ἄφεσις* (*fralet*), Luc. 6, 44 *trudan* (calcare) pro *τρυγᾶν*, Cor. 2, 11, 20 *in arbaidai briggan* pro *ἐπαίρεσθαι* posuit, cf. Castill. ad Coloss. 2, 23; his locis verborum singulorum significationem accuratius investigare neglexit, quod etiam in reddendis particulis quibusdam ei accidit, vid. ad Cor. 1, 4, 5. 7, 17. 2, 11, 16. Huc ea pertinent loca, ubi interior linguae graecae cognitio ei defuit, sic Joh. 8, 25 *τὴν ἀρχήν* male convertit, quod vitium etiam ab interpretibus compluribus latinis commissum est; aut verborum ordinem secundum leges communes recte quidem, sed cum sensus detrimento mutavit, vid. ad Joh. 14, 11; aut verba graeca explicatu facilia liberius, quam ad sensum reddendum accommodatius convertit, qualia loca sunt Cor. 1, 12, 15, vid. ad h. l.; Rom. 11, 24 ubi *κατὰ φύσιν* et *παρὰ φύσιν* opposita non solum non reddidit, sed prioris enuntiati sensum pervertit, nam pro *us vistai þis vilþeis alevabagmis,* e natura huius agrestis oleae, si graecis *ἐκ τῆς κατὰ φύσιν ἀγριελαίου* respondere debebant, *us þamma* (*bi*) *vistai* — *alevabagma* scriben-

dum erat. Ubi propter defectum formarum, quibus tempora verbi signantur, graeca accuratius reddere non potuit, nulla quidem dignus est vituperatione, sed et Cor. **1**, **16**, **3** *δοκιμάσητε* praeterito *gakusuþ* pro *gakiusiþ* et Joh. **5**, **45** ubi participium *κατηγορῶν* circumscriptione relativa reddidit, praesente *vrohei þ* pro *vrohida* rectius uti poterat. Quotquot autem loca his addi possunt, quibus Ulfilas aliquid humani est passus [89]), tamen pro tanto opere eorum numerus tam exiguus et peccata tam levia sunt, ut eius interpretatio pro optima habenda sit; illa autem loca maxime hanc ob causam indicavimus, ne quis Gothum ibi variam graecorum lectionem secutum arbitretur.

Ceterum saepius factum est, ut scripturae similitudine sive singularum literarum, sive verborum compendiis in suo codice deceptus aliter atque nunc in graecis est, converterit. Nunc non de locis Marc. **7**, **3**. Cor. **2**, **5**, **10**. Philipp. **4**, **8** dicetur, nam ibi pro *πυγμῇ*, *διά* et *ἁγνά* etiam interpretes latini aliique scriptores *πυκνά* (vel simile quid), *ἴδια* et *ἅγια* legerunt, ita ut in aliquot libris eiusmodi varietas exstitisse videatur; neque eandem ob causam Cor. **2**, **1**, **24** huc trahendum est, nam pro *χαρᾶς* non Gothus solum *χάριτος* legit, verum etiam codd. **37** **71** et versio Armenica; cum priore autem illo codice Gothus saepissime conspirat. Citamus potius loca Marc. **9**, **18** ubi pro *ῥήσσει* legit *ῥίπτει* et Thessal. **1**, **5**, **14** ubi *ἀνέχεσθε* pro *ἀντέχεσθε;* quamquam sunt etiam, qui his locis cum Gothi lectione consentiant, et illo quidem **12** ap. Mi., hoc **74** ap. Griesb., sed cum iis libris consensus aut nullus, aut tam rarus est, ut hic casu quodam et fortuito concinere et librariis idem, quod Gotho accidisse videatur; idemque de Luc. **1**, **10** statuimus, ubi et a Gotho et a librariis codicis **131** et evangeliarii **44** pro *προσευχόμενον* falso *προσδεχόμενον* lectum est. Falso cum legisse multo clarius apparet Luc. **7**, **25** ubi graeci omnes *τρυφῇ* habent, ipse autem convertit, quasi *τροφῇ* (*fodeinai*, vid. Matth. **6**, **25**. **26**. Luc. **4**, **16**. Eph. **5**, **29**. Skeir. **50**, **14**) scriptum reperisset; sic Joh. **16**, **6** quum *gadaubida* (obduravit) scripserit, *πεπώρωκεν* pro *πεπλήρωκεν* (*usfullida*) legisse existimandus est; et fidem habent Mareshallus et Benzelius, qui Ulfilam Marc. **10**, **22** *χρήματα* pro *κτήματα* et Matth. **27**, **52** *κειμένων* pro *κεκοιμημένων* per similem errorem legisse existimant, vid. ad hh. ll.; neque minus idoneis argumentis ad Marc. **10**, **24** comprobavisse nobis videmur, Gothum *πεποθηκότας* interpretatum esse pro *πεποιθότας;* sic Marc. **15**, **29** praepositiones *παρά* et *πρό* in compositione eum non recte distinxisse vidimus, nisi potius librarius in codicem mendum intulit; neque improbabile videtur interpretem nostrum Luc. **19**, **2** *ὑποστρέψαι* festinatione quadam abreptum pro *ὑπέστρεψεν* et **18**, **35** *προσαιτεῖν* pro *προσαιτῶν* legisse, deinde Cor. **2**, **3**, **7** *ἐνδόξῃ* cum *ἐνδόξῃ* et Luc. **8**, **53** *εἰδότες* cum *ἰδόντες* permutavisse. Ad Luc. **3**, **14** nos probasse coniecturam Mareshalli, iudicantis Ulfilam pro *ἀρκεῖσθε* fortasse *ἄρχετε* aut *ἄρχεσθε* legisse, nunc poenitet, propterea quod nullum verbum cum *valdan* compositum illud *ἄρχειν* continet et *ganohidai sijaiþ*, quod in margine scriptum est, glossa potius quam varia lectio esse videtur. Quod vero Marc. **15**, **24** et Luc. **15**, **8** *τίς* cum *τις*, Cor. **1**, **10**, **17** et Philipp. **1**, **16** *οἱ* cum *οἳ* (cf. Luc. **8**, **14**), Gal. **2**, **17** *ἆρα* cum *ἄρα* permutata inveniuntur, id sola interpretis negligentia factum est, fieri autem facilius poterat propter accentus et spiritus

89) vid. ad Marc. 12, 13. Luc. 16, 16. 17, 22. Thessal. 1, 5, 23.

antiquitus omissos. His etiam in locis cavendum est, ne quis a Gotho varietatem graeci textus redditam opinetur.

Restat, ut de iis etiam locis loquamur, ubi Ulfilas vitia contra linguae suae leges commisisse videtur, quo in numero ea maxime sunt, ubi oblitus verborum structurae, quam sermonis gothici ratio postulabat, graeca sola secutus negligentius convertit; sic Luc. 1, 9 *hlauts ïmma urrann du saljan atgaggands* pro *atgaggandin*, quia in graeco est ἔλαχε τοῦ θυμιᾶσαι εἰσελθών. Cor. 1, 7, 10 sq. *þaim liugom haftam anabiuda qenai — jah aban* pro *abin*, Gothus ita propter graecum γυναῖκα — καὶ ἄνδρα; Luc. 16, 18 *wazuh saei afletands — jah liugands* pro *afletiþ jah liugaiþ*, nam participia graeca ἀπολύων καὶ γαμῶν enuntiato relativo redditurus erat, sed posito pronomine relativo etiam participia pro verbis ipsis addidit; vid. etiam quae ad Coloss. 2, 14 et 3, 5 adnotavimus et cf. Luc. 9, 13 *maizo fimf hlaibam jah fiskos tvai*, ubi quum pro graeco ἢ πέντε ἄρτοι dativum post comparativum solitum posuisset, pergendum erat *fiskam tvaim*, sed consilii oblitus cum graecis, qui recte ἰχθύες δύο habent, ipse male nominativo pergit; sic etiam Matth. 8, 15 fortasse rectius pro *heito*, quod cum graecis ponit, *heitons* posuisset, propter praecedens *heitom*. Alia loca, quae huc trahi possint, habent, quo defendantur, uti Joh. 6, 63 *þo vaurda. þoei ïk rodida ïzvis. ahma ïst jah libains ïst*, ubi verbum *ïst* Gotho non ad subiectum *vaurda*, sed ad praedicata *ahma* et *libains*, quibus apponitur, pertinere visum est, sic etiam e latinis Cantabrigiensis et Corbeiensis converterunt. Saepius autem in eo erravit, quod substantivis adiectivorum formas, ab illorum genere abhorrentes, apposuit, quae loca collegimus ad Nehem. 6, 16.

Maximam autem ex comparatione interpretationis nostrae utilitatem nasci ad restituendam textus graeci integritatem nemo adhuc negavit: quamquam enim non pauca enumeravimus loca, in quibus Ulfilas sive per errorem, sive de consulto a graecis discessit, et permulta etiam alia sunt, ubi cum sermonis gothici ingenium a diligentiore graecorum imitatione avocavit; tamen versionem nostram primo omnium loco ponere non dubitamus, propterea quod non solum fidissime graeca reddidit, sed etiam quia nulla alia lingua graecae propius cognata, nulla magis idonea est, quae textus graeci tanquam imaginem exprimat, quam gothica. Fuerunt quidem, qui versionem syriacam anteponerent [90]), sed si varietatum nubem ab hominibus linguae syriacae peritis adductam [91]), contemplamur et versionis gothicae prae illo exiguum numerum computamus, syriaca nulla re nisi aetate esse praestabiliorem apparebit. Oportet autem eum, qui de dignitate versionis alicuius recte statuere vult, eius linguae, qua est conscripta, eam peritiam habere, ut quae sint varietates in illa, quae linguae proprietates probe dignoscere queat; qua peritia destituti, qui comparationem textus graeci cum versione Ulfilana instituerunt, fieri non potuit, quin rem successu minus prospero gererent. Ea imperitia Zahnius initio se prohibitum esse fatetur, ne omnes lectiones a graecis discrepantes notaret; postquam autem peritior fieri coepisset, operi perficiendo cum mors praecripuit. Quas autem varietates Griesbachius, omissis compluribus iam a Millio datis [92]), ex imperfectis Junii et Knittelii editionibus adnotaverat, eas

90) vid. Heupelium l. l. 4, a. qui Franzii auctoritate permotus, versionis gothicae praestantiam ignorantis, id posuisse videtur.

91) vid. Scholzium I. prolegg. p. CXXI sqq.

92) Quod ei laudi magis, quam vituperio tribuendum esse Zahnius existimat, Einleit. p. 33*.

Schulzius, qui editionem Griesbachianam iterum curavit, adhibita Zahnii mala versione aliis auxit, ita tamen, ut quo consilio id fecerit, non intelligatur, qui dum paucas novas addit, sexcentas omiserit. Ne calumniari videamur, ex Johannei evangelii aliquot capitibus, quas lectiones varias tacite praeterierit, liceat indicare, praetermissis tamen locis, in quibus Gothi lectio cum nullo alio libro congruit, sive ille pro arbitrio, sive propter nativam sermonis discrepantiam aliquid mutaverit, praeciderit aut addiderit, v. c. **10, 21** ***mag unhulþo*** gr. *δαιμόνων δύναται* (quamquam sic in cod. **235** etiam legi Scholzius adnotat); **25** ubi *αὐτοῖς* omittitur; **11, 4** ubi pro *Ἰησοῦς* ponit *ïs* (quod fortasse librarii *ïs* pro $\overline{is}$ scribentis error est); **6** ubi omittit *οὖν;* **25** ubi omittit *αὐτῇ;* **11, 34** ***lagidedun*** (posuerunt) pro *τεθείκατε;* **12, 6** ubi ipsa alio loco ponit ***ïna,*** alio graeci; **9** ubi addit ***ïesus;*** **28** ubi ***namo þeinata*** pro *σοῦ τὸ ὄνομα* collocat; **12, 43** ubi ***mais*** alio loco ponit. Sed sunt permulta alia, ubi aut falso adnotavit, uti **10, 16** ubi Gothum *αὐλή* pro *ποίμνη* legisse dicit, vid. nos ad h. l.; **10, 18** ubi Gothi auctoritas delenda erat, nam uti ad h. l. comprobavimus, non *ἀλλ'* — *ἐμαυτοῦ* a Gotho omissa sunt, sed *ἐμοῦ* — *αὐτήν* librarii negligentia exciderunt; **10, 36** ineptit addens Gothum omittere articulum *τοῦ;* — quasi eum Ulfilas unquam ad vocem *θεός* posuisset! **11, 4** ubi *αὕτη* a Gotho abesse dicit, quum aperte conversum sit voce ***þo,*** sed per hunc errorem innumeris locis lapsus est vir ille doctus; **11, 9** et **12, 20** ubi *ἐκ* Gothum omisisse dicit, eam autem praepositionem Gothus post verba partitiva (*πολλοί, τινές* all.) fere solet omittere; **11, 33** ubi Gothum cum D aliisque latinis codicibus conspirare dicit, imo potius cum aliquot latinis apud Sabatier, qui habent: Iudaeos, qui venerant (erant) cum ea plorantes; aut Gothi auctoritatem aliis adnotatis non apposuit, uti **10, 39** ubi Gothum *οὖν* c. codd. omittere non adnotat, quum mox apud eum *πάλιν* post *αὐτόν* poni dicat; sic **10, 41** et **42** neque *ἐποίησε σημεῖον* neque *εἰς αὐτὸν ἐκεῖ* cum aliis legisse adnotat; **11, 21** *ὁ ἀδελφός μου* post *ἀπέθανε* (*ἐτεθνήκει*) ponitur; **11, 29** *δέ* additur; **12, 6** *τοῦτο δὲ εἶπε* legitur, itemque **12, 26** *ἐμοί τις διακονῇ;* in iisque Gothi cum aliis libris graecis consensum non indicatum esse eo magis offendit, quod aliis locis versio gothica in auctoritatum numero posita est, uti **10, 10. 10, 16** (ubi dubitari etiam potest, an recte factum sit, nam etiamsi *γενήσεται* Gothus legisset, tamen aliter scribere non potuisset) **10, 29. 30. 39. 11, 17. 30. 32. 46** (ubi ne falso adnotaverit, Gothum *ὅ* pro *ἃ* legisse, veremur, nam sic pro plurali numerum singularem neutrius ponere solet); **12, 17. 37** (superfluum h. l. erat Gothum excitare, a quo quum et ***galaubjan ïmma*** et ***du ïmma*** sine discrimine dicatur, utrum *εἰς αὐτόν* an *αὐτῷ* lectum fuerit, certo dici non potest). Sed haec sufficiant. Scholzius, recentissimus novi testamenti editor, ad additamenta Schulziana nihil addidit, maximam partem eius auctoritate adductus falsane sint, an proba nihil curans, ipse etiam suo commentario adspersit, nonnullis nescio quo consilio quave causa omissis.

Diligentis critici quum esse videretur, omnes discrepantias notare, quae inter textum graecum et versionem gothicam intercederent, id suadente Michaeli [93]) nos quidem fecimus, exceptis tamen iis, quae non ex alia lectione, sed ex diverso utriusque linguae ingenio ortae sunt; sic v. g. genitivus pluralis post ***alls, was, sums, ainshun*** pro eodem illorum verborum casu, uti Matth. **7, 17** ***all bagme*** (omne arborum) — *πᾶν δένδρον.* ὅ, **46** ***wo mizdono*** (quam mercedum) — *τίνα μισθόν.* **Joh. 12, 20** ***sumai þiudo*** (quidam

93) **Einleitung in die göttlichen Schriften p. 279.**

gentilium) — *τινὲς Ἕλληνες.* Marc. 6, 5 ***ni ainohun mahte*** (non unam virtutum) — *οὐδεμίαν δύναμιν;* circuitio infinitivi cum praepositione et articulo et eadem genitivorum absolutorum, uti Matth. 27, 12 ***miþþanei vrohiþs vas*** (dum accusatus fuit) — *ἐν τῷ κατηγορεῖσθαι αὐτόν.* 57 ***þan seiþu varþ*** (quum sero fieret) — *ὀψίας γενομένης;* eadem infinitivi passivi, uti Marc. 10, 45 ***at andbahtjam*** (ad servitia) — *διακονηθῆναι,* cf. ad 8, 31 et 15, 9; usus praeteriti temporis in narratione pro praesente graeco, vid. ad Matth. 8, 20 et Luc. 3, 11 et praeterea multa alia, quae enumerare longum est, non sunt varietates; eas autem invenire auxilio interioris sermonis gothici cognitionis non adeo difficile est. Inveniuntur quidem loca, ubi haereri possit, utram lectionem Gothus sequutus sit, quia eadem forma gothica duabus graecis respondet, uti Gal. 6, 2 ubi ***usfulleiþ*** = *ἀναπληρώσατε* et *ἀναπληρώσετε,* Cor. 1, 15, 49 ubi per ***bairaima*** et *φορέσομεν* et *φορέσωμεν* reddi poterat, cf. ad L. 5, 30; aut particulae graecae diversae a Gotho non satis diligenter sunt distinctae, uti *δέ* et *γάρ, δέ* et *καί, καί* et *οὖν;* in his satius erit Gothum codices eos secutum dicere, cum quibus conspirare fere solet. Quae autem lectiones re vera sunt variantes, hae eo diligentius notandae sunt, quia versio Gothi, quae cum nullo librorum vetustorum adhuc superstitium ita concinit, ut ex eo solo hausta dici possit, ipsa pro codice est habenda. Nam etiamsi plurimis locis evangeliorum cum codice *D,* epistolarum cum codicibus DEFG*) consentit, tamen in evangeliis illum, in epistolis hos codices Gothum esse secutum contendi non potest, quia haud pauca sunt loca, ubi ab illorum auctoritate discedit — quae etiam causa est, cur versio gothica, quum mixtis adnumeranda sit, ad byzantinam sive constantinopolitanam recensionem solam a viris doctis non debebat referri —; sic Matth. 5, 46 cod. D *τελῶναι,* Goth. ***þiudo*** (*ἐθνικοί*); 6, 1 D *δικαιοσύνην,* Goth. ***armaion*** (*ἐλεημοσύνην*); 6, 4 D habet *αὐτός,* quod Goth. omittit; 6, 13 D omittit doxologiam, quam Goth. habet, et sic permulta alia; idemque fit in epistolis Rom. 8, 34 *καί* post *ὅς* habent DEFG, Goth. cum aliis omittit; 9, 18 illi legunt *οὖν μοι,* Goth. cum all. ***mis nu*** (*μοι οὖν*); 23 habent *καί,* quod Goth. omittit; 26 *αὐτοί* ab illis omissum Goth. addit; 9, 32 illi habent *ὡς,* quod cum all. Goth. omittit; 15, 11 legunt *ἐπαινέσατε,* Goth. c. all. *ἐπαινέιωσαν,* et sic saepius.

Haec praefati, quibus aut minus recte disputatis, aut cursim breviterque tantum attactis, iudicum aequitatem atque indulgentiam rogamus, denique de codicibus versionem gothicam continentibus et editionibus a viris doctis ante hanc nostram adornatis dicemus.

Principem locum et aetate et dignitate ***codex Argenteus*** tenet [94]). Eum seculo XVI. in monasterio Werdenensi repertum, inde sub finem eiusdem seculi [95]) primum Pragam delatum, postea anno 1648 a co-

*) Quos Griesbachius signat.

94) Vide copiosius de hoc codice loquentem Ihreum in dissertatione de codice Argenteo anni 1769 (Ulfil. illustrat. p. 184 sqq.) et praefatione in eundem librum p. 3 sqq.; deinde Zahnium Einleitung p. 37 sqq.

95) Viri docti codicem temporibus belli tricennalis Pragam delatum esse opinantes, idoneum argumentum, quo id probarent, adducere non potuerunt; iam seculo sexto decimo loco suo motum esse, cognoscitur e Richardi Streinii, Caesari Rudolpho II. a consiliis et Matthiae archiducis palatio praefecti, libro sic inscripto: Apologia oder Schutzred uber des durchleuchtigsten Hauses Osterreich von weiland Kaiser Friderich I. demselben anno 1156 erthailten ansechlichen Privilegio; eo enim in libro auctor postquam Otfridum ***wamba*** verbo obscoeno pro

mite Königsmark in spoliis Holmiam missum, cum Isaaco Vossio inde anno 1655 nescimus utrum Christinae reginae, an huius viri ipsius voluntate in Belgiam profectum, a comite de la Gardie autem magno pretio [96]) redemtum et involucro argenteo ornatum bibliothecae universitatis Upsaliensis donatum esse, inter omnes constat. Hic codex literis argenteis et aureis in membranis purpureis formae quartae, quam vocant, sub finem seculi quinti aut initio sexti, quum Gothi Italiam incolebant, scriptus est [97]). De trecentis viginti plagulis, quibus eum constitisse divisione quaternionali comprobatur, quum repertus est, centum octoginta octo relictae erant, quibus tempore recenti manus impia plurimum minimumque undecim detraxit [98]); itaque in libris nostris habemus e codice Argenteo ducta: evangelii Matthaei 5, 15—6, 23; 7, 12—10, 1; 10, 23—11, 25 (in quibus est plagula illa, altera parte mutila vs. 15—23); 26, 70—27, 19; 27, 42—65; Marci 1, 1—6, 30; 6, 53—12, 38; 13, 16—29; 14, 4—16; 14, 41—16, 12; Lucae 1, 1—10, 30; 14, 9—16, 24; 17, 3—20, 46; Johannis 5, 45—11, 47; 12, 1—49; 13, 11—19, 13. De iis autem in codice nunc etiam desiderantur Marc. 1, 13—37; 2, 15—3, 7. 5, 42—7, 33 et nisi omnia nos fallunt, Matth. 27, 54 usque ad finem. Evangelia in cod. Arg. non eo ordine, quem nostrae editiones servant, sequebantur, sed sic: Matthaeus, Johannes, Lucas, Marcus; id autem, quod e perverso ordine, quo nunc singulae plagulae distractae sunt, cognosci non potest, cognoscitur et ex ordine, quo in arcubus sub textu pictis (vid. Tab. I) sequuntur, et ex literis numeralibus, singulis quaternionibus adscriptis, de quibus adhuc hae exstant: *g* (3) in fol. 14 (a Matth. 9, 27 incipiente); *ie* — *k* (15—20) in fol. 33 (Joh. 7, 2—16) fol. 101 (Joh. 8, 57) fol. 87 [99]) (Joh. 11, 22) fol. 79 (Joh. 13, 11) fol. 73 (Joh. 16, 14) fol. 117 (Joh. 19, 4); *kb* (22), *kd*—*kz* (24—27), *l* et *la* (30 et 31) qui quaterniones textum Lucae continent; *le* (35) *lq* (36) *lh* (38) *lþ* (39) *m* (40), in quibus quaternionibus evangelium Marci scriptum est. Supra textum plagulae ad sinistram legitur *þairh* (i. e. *κατά*) intellige *aivaggeljo*, ad dextram nomen evangelistae *κatþaiu*, *ïohannen*, *lukan*, *marku*; hae inscriptiones sunt manu recentiore et

---

ventre usum esse dixit, addit: dess auch aber jm gottischen Euangelj buech dessen Sr. Kay: Maytt. original haben, zur befinden. Streinius autem quum anno 1601 obierit, codicem Argenteum, qui sine dubio idem est, quem ille ante oculos habuit, iam seculo XVI. Pragam pervenisse non dubium est. Hanc notationem autem Schmellerus, vir doctissimus, cum nobis humanissime communicavit.

96) Zahnius Einleit. p. 44 sq. quanti de la Gardie codicem emerit, diversas virorum doctorum sententias notat; quarum hae duae sunt rectae, una, qua thaleris sexcentis (intell. suecicis imperialibus), altera, qua quadringentis (intell. suecicis imper. banc.) emisse dicitur; utraque enim summa aequiparat thaleros ducentos nostri aeris.

97) Literas impressas vel inustas esse primus Ihre contendere ausus est, quem secuti sunt Schinmeicrus et Adelungius; argumenta autem, quae tamquam probantia Ihre affert, satis frigida esse iam Zahnius optime docuit et nos, quum illas nugas recolere taedeat, id tantum quaerimus, quomodo si illo tempore artis typographicae — nam eam cogitavisse illos viros doctos non dubium est — principia iam innotuerunt, ea ars tam longae oblivioni rursus tradi potuerit; deinde cur librarius duplices lineas duxerit, quarum si typos excussisset, ne una quidem opus erat.

98) Eius furti a nobis primum cogniti et nescio qua auctoritate in ephemeridibus publicis omnium fere gentium divulgati, Anglus quidam, qui codicem contulisset, accusatus est: sed neque nos hi accusatores sumus, neque Angli nomen nobis cognitum est, qui codicem eo consilio legerit, ut usum aliquem inde faceret; mirum autem est, quod alium codicem, qui evangelia gothica continuisset, Neapoli in Angliam delatum esse Itali palam professi sunt, vid. Castill. Specim. praef. p. V.

99) Apud Ihreum Ulfil. illustr. p. 87 falso 187 scriptum est.

male quidem scriptae; infra illas scriptiones sequitur textus in singulis plagulis versibus vicenis conscriptus; ima plagulae parte arcus *illi*, quos supra commemoravimus, in quibus loca parallela aliorum evangeliorum indicata literis aureis scripta sunt; in marginibus leguntur literae numerales, canones sive sectiones indicantes (vid. Tabul. I), praeterea lectiones variae et glossae, diversissima ratione scriptae, aliae enim perelegantes (uti ad Luc. 6, 49. 7, 32. 9, 13), aliae male pictae (uti ad Luc. 6, 27), aliae ut literarum ductum et colorem inscriptionum illarum aequiparent; aliae splendorem argenteum servarunt (uti ad Marc. 1, 6. 11), aliarum color adeo nigruit, ut an unquam argenteus fuerit, cognosci vix possit; alia etiam additamenta atramento et sermone latino aetate recentiore scripta inveniuntur, quibus qui scripsit, capitum numeros, argumentum singulorum versuum aut capitum, Gothum quaedam omisisse (vid. ad Joh. 7, 52), significationem verborum (haec supra verba gothica ipsa sunt scripta), in ima paginarum parte quid in sequentibus desideretur, quot foliis praetermissis continuatio sequatur, indicare voluit. Inepta manus etiam aliquot locis textum mutavit atramento argenteo, sed miseris literis, alias verborum formas inducendo (vid. ad Matth. 9, 24 et ad Marc. 4, 7). Plura alia de *scribendi ratione*, compendiis, mendis, quaeque sunt huius generis alia in *palaeographia gothica*, grammaticae nostrae addenda, dicemus. Ceterum maxima plagularum pars ita servata est, ut scriptura facile legi possit; sunt tamen versus et singulae quoque plagulae, quarum literae nescitur qua causa adeo deletae sunt, ut quasi spongia abstersae videantur neque quidquam literarum, nisi sub luce idonea aut etiam ea paulo detracta, cognoscatur; aliis locis literarum pigmenta membranas ita peredérunt, ut singulae literae et voces interirint nec nisi ex foraminibus relictis, quid scriptum fuerit, indicari queat; aliis locis literae aversae paginae adeo penetraverunt et ductibus adversae ita sese immiscuerunt, ut diligenter discernendae illae sint, si in his errare nolueris. Colorem purpureum plagulae permultae mutarunt et aut roseum aut violaceum aut fuscum traxerunt; literae argenteae maximam partem livuerunt aut rubiginarunt. Neque tamen metuendum est, ne codex iste omnino intereat, quum tanta cum cura Upsalienses asserverint, ut eum ad posteritatem etiam perventurum esse non temere speremus.

*Codex Carolinus* [100]), rescriptus, quatuor foliis continet partes versionis epistolae ad Romanos, Isidori Hispalensis originibus superscriptas; repertus est a Knittelio anno 1756 in bibliotheca Guelferbytana; membranae sunt formae maioris, literae codici Argenteo simillimae (vid. Tabul. II, v); in Italia circa idem tempus, quo codex Argenteus, uti Knittelius existimat, scriptus, quondam in monasterium Weissenburgense [101]) delatus, inde inter numerum aliorum librorum Moguntiam venundatum missus, ibi ab Henrico Iulio de Blum emtus et Pragam deportatus, denique Antonio Ulrico regnante 1678 Guelferbytum pervenit, ubi hodie servatur. Continetur autem folio 277: Rom. 11, 33—12, 5; fol. 256: 12, 17—13, 5; fol. 255: 14, 9—20; fol. 280: 15, 3—13. Paginae divisae sunt in duas partes, quarum in altera sinistra textus

100) vid. Knittelium p. 316 sqq.

101) Hunc codicem ad Bobiense in Liguria coenobium pertinuisse, unde etiam bibliothecae Ambrosianae palimpsesti prodiere, datis ad Angelum Maium literis docuit v. c. Niebuhr, et eo quoque pertinuit alius, in bibliotheca Vaticana asservatus, homiliarum gothicarum fragmenta continens (Skeircins) CAST. in Addend. ad epistolam Corinth. alteram p. 83, unde Adelungium suspicantem, codicem Carol. in Hispania, Visigothorum sede, scriptum esse, erravisse apparet.

gothicus viginti septem versibus valde imparibus exaratus, in altera dextra versio latina posita est, neque cum Vulgata, neque cum textu gothico congruens.

***Codices Ambrosiani*** numero sunt quinque, membranacei palimpsesti, e coenobio Bobiensi, quod in Liguria situm est, Mediolanum deportati, quos omnes Castillionaeus eo tempore, quo Gothi Italiae imperium tenuerunt, scriptos esse probavit [102]). Inter eos ***codex A*** (S 36 part. sup.; vid. Tabul. II, III), forma quarta, nunc continet Gregorii Magni homilias in Ezechielem, sub quibus latent fragmenta epistolae ad Romanos: 6, 23—8, 10. 8, 34—11, 1. 11, 11—33. 12, 8—14, 5. 16, 21— fin. ad Corinthios prioris 1, 12—25. 4, 2—12. 5, 3—6, 1. 7, 5—28. 8, 9—9, 9. 9, 19—10, 4. 10, 15—11, 6. 11, 21—31. 12, 10—22. 13, 1—12. 14, 20—27. 15, 1—35. 15, 46—16, 11. 16, 23— fin.; ad Corinthios alterius 1, 8—4, 10. 5, 1—9, 7. 12 1— fin. ad Galatas 1, 22—2, 8. 2, 17—3, 6. 3, 28—4, 23. 5, 17— fin. ad Ephesios 1, 1—2, 20. 3, 9—5, 3. 5, 17—29. 6, 9—19. ad Philippenses 2, 26—4, 7. ad Colossenses 1, 10—29. 2, 10—3, 8. 4, 4—13. ad Thessalonicenses prioris 5, 22— fin. et fragmenta epistolarum ad Thessalonicenses alterius, ad Timotheum utriusque, ad Titum et Philemonem. Inscriptiones in paginarum parte superiore positae, ***du kaurinþium, du aiſaisium*** et aliae maximam partem mutilatione membranarum interierunt, in margine variae lectiones et glossae (vid. not. 67) minoribus, quam in textu sunt, inclinatisque literis scriptae. Ceterum codicis scripturam non eiusdem librarii esse Castillionaeus iudicat, nam alteram partem peritiore, alteram rudiore manu exaratam esse; et quamquam literae plerumque lectu non difficiles sint, tamen plagulas aliquot ita abrasas aut elutas inveniri, ut scripturam gothicam nunquam quemquam assecuturum speret. Foliorum ordo etiam ab eo, qui rescripsit, omnino perturbatus est.

***Cod. B*** (S 45 part. sup.; vid. Tabul. II, IV) eadem qua A forma, Hieronymi explanationem in Iesaiam continet, scriptam super versionem gothicam epistolarum ad Corinthios prioris 15, 48 — fin. ad Corinthios alterius integrae, ad Galatas 1, 1—2, 17. 4, 19 — fin. ad Ephesios 1, 1—4, 6. 4, 17—5, 11. 6, 8— fin. ad Philippenses 1, 14—2, 8. 2, 22—4, 17. ad Colossenses 1, 6—29. 2, 11— fin. ad Thessalonicenses prioris 2, 10— fin. deinde fragmenta epistolae ad Thessalonicenses alterius, utriusque ad Timotheum et ad Titum. Literarum forma haud inelegans quidem est, sed festinationem quandam prae se ferre videtur. Propter recentem scripturam superinductam verba Ulfilana saepius aegre tantum cognoscuntur; plagularum ordo pariter atque in codice A perturbatus est.

Tertio loco is codex ponitur, quem nos ***Ambrosianum*** appellavimus; sunt autem quatuor tantum pagellae codicis, forma minore, versionem latinam evangeliorum continentis (I. 61 part. super.), sub qua scriptum est interpretationis gothicae fragmentum evangelii Matthaei, eiusque quidem partis, quae in codice Argenteo maximam partem nunc desideratur; lucramur autem inde 25, 38—26, 3. 26, 65—70, pergitque, postquam hoc versu cod. Argenteus incepit, cum hoc usque ad 27, 1. Scripturae genus est grande et ad codicem Argenteum propius quam ceteri Ambrosiani accedit (vid. Tabul. II, II).

---

102) vid. Castill. Specim. praef. p. IV sq. XV sqq.

Supersunt deinde tria folia codicis (G 82 part. sup.), in quo scripta est commentatio in libros Regum latina; librarius in usum suum convertit codices Plauti fabularum, Senecae tragoediarum et interpretationis Ulfilanae librorum Nehemiae et Esdrae; servata sunt in quatuor pagellis de Nehemia 5, 13—18. 6, 14—7, 3; duabus de Esdra 2, 28 sqq. Literarum specimen redditum est Tabul. II, 1.

Quinto denique loco ponimus codicem, qui *Skeireins* continet, cuius una pars Romae in bibliotheca Vaticana cum Frontino superscripto (cod. no. 5750 membr. forma quarta) servatur, altera Mediolani (cod. Ambros E 147, membr. forma quarta), in qua super gothica concilium Chalcedonium scriptum est; vide de eo Massmannum docte atque copiose disputantem Skeir. p. 55 sqq. Eius autem mentionem eam ob causam hic fecimus, quia inde duximus Joh. 1, 29. 3, 3—5. 23—26. 29—32. 5, 21—23. 35—38 et praeterea alia ibi leguntur, quae in cod. quoque Arg. exstant; eorum varietatem in adnotatione indicavimus.

Antonium Morillonem primum versionis Ulfilanae memoriam redintegravisse supra commemoravimus; post eum Derrerus quidam totum codicem Argenteum descripsit, quae descriptio, a comite de la Gardie simul cum codice Argenteo emta et Upsaliam deportata, anno 1702 cum Olai Rudbeckii domo et libris conflagravit. Primam autem Ulfilae editionem e codice Argenteo et Derreri illa descriptione haustam Franciscus Junius adornavit [103]); ea autem editio mendis scatet ita, ut nunc eius nulla fere utilitas sit, accedit, quod multa addidit, quorum vestigia in codice nulla apparent, itemque omisit, quae vel hodie sine difficultate legi possunt. Multa autem laude dignae sunt observationes Thomae Mareshalli, Angli, volumini priori inde a pagina 385 additae. Haud melior evasit editio Georgii Stiernhielmii, consiliarii militaris suecici et praesidis collegii antiquitatum Holmiensis, quae Junianam editionem paucissimis locis emendatam, permultis etiam corruptiorem repetiit [104]). Multo maiore cum cura Ericus Benzelius, archiepiscopus Upsaliensis, et eo mortuo Eduardus Lye, Anglus, Ulfilam ediderunt [105]); nam Benzelius non solum lectiones permultas Junii et Stiernhielmii emendavit, sed etiam primus de nostrae versionis discrimine et consensu cum textu graeco verissime iudicavit; unum modo desideratum est: non omnia loca evanida atque lectu difficilia dare valuit. Eum laborem suscepit Johannes ab Ihre, regiae cancellariae consiliarius et professor universitatis Upsaliensis, qui totum opus ab aliquo e Stierhielmii editione describendum curavit in eamque descriptionem emendationes ex codice Arg. ipso haustas intulit [106]); eoque in negotio ea diligentia, prudentia, peritia versatus est, quam is modo, qui codicem Argenteum suis oculis vidit, satis aestimare potest. Quae Ihre

---

103) Quatuor D. N. Iesu Christi evangeliorum versiones perantiquae duae, gothica scil. et anglosaxonica, quarum illam ex celeberrimo cod. Arg. nunc primum depromsit Fr. Junius. Accessit et glossarium gothicum. Dortrechti 1665 (Amstelodami 1684) 2 voll. 4.

104) D. N. Iesu Christi SS. Evangelia ab Ulfila Gothorum in Moesia episcopo circa annum a nato Christo CCCLX ex graeco gothice translata nunc cum parallelis versionibus sueco-gothica, norraena l. islandica et vulgata latina edita Stockholmiae, 1671, 4. cf. Eberti Allgemeines bibliograph. Lexicon II. p. 991.

105) Sacrorum evangeliorum versio gothica ex cod. Arg. emendata atque suppleta cum interpretatione latina et adnotationibus E. Benzelii edidit, observationes suas adiecit et grammaticam gothicam praemisit E. Lye, Oxonii 1750, 4.

106) Id exemplar, quod postremo in Heinatii, professoris Francofurtensis, possessionem venit, indeque nomine *Heynatii manuscriptum* vocatum est, Zahnius deinde in consilium adhibuit.

ad novam Ulfilae editionem curandam e codice duxerat atque aliunde collegerat, quum ipsi opus perficere per fata non liceret, A. F. Büschingius, gymnasii Berolinensis director, edidit [107]). Multis annis post quod Ihreo non contigerat, ut Ulfilam totum ederet, J. Chr. Zahnio, sacerdoti saxonico, contigit [108]); is autem textum non solum fragmentis epistolae ad Romanos a Knittelio inventis auxit [109]), sed etiam adhibita multa cura et Ihrei emendationibus, supplementis, adnotationibus fidissime usus, quantum potuit, emendatissimum atque integerrimum dedit, exceptis iis locis, ubi Ihre ipse codicem Argenteum diligentius inspicere neglexerat. Id quum compluribus locis factum esset, Zahnius aut in errorem perductus est, aut mendas ab Ihreo non animadversas corrigere non potuit. Praeterea optandum fuit, Zahnius maiorem sermonis gothici peritiam iudiciique subtilitatem habuisset; nam adnotationes, quas textui subiunxit, praeter quas Mareshallo, Gordono, Ihreo debet, ieiunae sunt atque ineptae, maximam partem etiam falsae. Post Zahnium nemo fragmenta Ulfilana integra edidit; sed quae de Matthaei evangelio supersunt, bis sunt edita a S. Henshallo, magistro anglico, et J. A. Schmellero, linguae germanicae in universitate Monacensi doctore [110]). Quum autem et propter priorum editionum vitiositatem et quod in iis fragmenta nuper a Maio reperta et a Castillionaeo in lucem edita [111]) non continerentur, nova Ulfilae editione opus esse [112]) videretur, ii deinde, quos eam

---

107) Iohannis ab Ihre scripta versionem Ulfilanam et linguam moeso-gothicam illustrantia ab ipso doctissimo auctore emendata novisque accessionibus aucta, iam collecta et una cum aliis scriptis similis argumenti edita ab A. F. Büsching, Berolini 1773, 4. In huius libri appendice etiam *Iohannis Gordoni*, iurisconsulti Edinburgensis, Specimen animadversionum criticarum in priscam evangeliorum versionem gothicam continetur, optimarum observationum plenum, et dolendum, quod non plura de eo linguae gothicae peritissimo atque subactissimi iudicii viro habemus.

108) Ulfilas gothische Bibelübersetzung nach Ihrens Text, mit einer grammatischwörtlichen lateinischen Uebersetzung, samt einer Sprachlehre und einem Glossar ausgearbeitet von F. K. Fulda, das Glossar umgearbeitet von W. F. H. Reinwald etc. herausgegeben von J. Chr. Zahn, Weissenfels 1805, 4.

109) Ulphilae versionem gothicam nonnullorum capitum epistolae Pauli ad Romanos e litura cuiusdam ms. rescripti, qui in augusta apud Guelpherbytanos bibliotheca adservatur etc. eruit, commentatus est datque foras F. A. Knittel 1762, 4. Eam editionem textum accuratissime lectum et erutum continere si Ebertus l. l. p. 992 dicit, aut immerita laude eam sustulit, aut de re sibi parum comperta confidentius iudicavit; nam Knittelius, quae facilia lectu sunt in codice, recte legit, in iis, quae aliquanto sunt difficiliora, saepius erravit, linguae autem gothicae proprietates ei plane incognitae fuerunt.

110) Horum virorum alter, qui libellum sic inscripsit: The gothic gospel of St. Matthew from the codex Argenteus of the fourth century with the corresponding English or Saxon from the Durham book of the eigth century etc. by S. Henshall, London 1807, 8. ad textus emendationem non solum nihil contulit, sed etiam falsis verborum distractionibus aut copulationibus eum foede maculavit; adnotationes autem textui subiectae tam sunt perversae atque ineptae, ut, quae commemorentur, non sint dignae. Multo melius Schmellerus Matthaei fragmenta edidit hoc in libello: Evangelii secundum Matthaeum versio francica seculi IX. nec non gothica sec. IV. quoad superest, Stuttgart 1827, 8. is enim vir doctissimus textum, e Zahnii editione haustum, quam emendatissime potuit, edidit, atque etiam primus fragmentis, e codice Ambrosiano detectis, auxit.

111) Ulphilae partium ineditarum in Ambrosianis palimpsestis ab Angelo Majo repertarum specimen coniunctis curis eiusdem Maji et C. O. Castillionaei editum, Mediolani 1819, 4. — Ulphilae versio gothica epistolae D. Pauli ad Corinthios secundae, quam etc. edidit C. O. Castillionaeus, Mediol. 1829. — Gothicae versionis epistolarum D. Pauli ad Romanos, ad Corinthios primae, ad Ephesios, quae supersunt etc. edidit C. O. Castillionaeus, Mediol. 1834. — Gothicae versionis epistolarum D. Pauli ad Galatas, ad Philippenses, ad Colossenses, ad Thessalonicenses primae, quae supersunt etc. edidit C. O. Castillionaeus, Mediol. 1835.

112) Quos in errores viros nostri aevi doctissi-

adornaturos audissemus, aut diutius cunctarentur, aut consilium abiecissent, ipsi nos ad hoc opus suscipiendum accessimus, neque solum fragmenta versionis Ulfilanae omnia colligere, sed etiam emendatius, quam adhuc factum esset, edere constituimus. Nam legentibus nobis atque diligentius relegentibus cum alteram textus partem, a Zahnio ex Ihrei adnotationibus emendatam, tum reliqua a Knittelio et Castillionaeo e codicibus hausta, permulta inventa sunt, quae trutina examinata probari non possent quibusque nulla nisi ex iterata codicum inspectione atque recognitione medicina quaeri posse videretur. Quae quum ita essent, Upsaliam et Guelpherbytum profecti singulari humanitate et liberalitate bibliothecarum custodum summa cum laude praedicanda impetravimus, ut codicem Argenteum et Carolinum ab initio ad finem usque per otium legeremus ac perlustraremus et vitia animadversa, utrum librariorum negligentiae, an editorum incuriae tribuenda essent, cognosceremus. Et in utroque codice conferendo exspectatio nostra nisi superata, certe non decepta est; quas enim lectiones olim dubias nunc suspicione liberaverimus, quam multas corruptas emendaverimus, qui adnotationes nostras perlegerit, ipse videbit. Sed multo magis, quam illi, codices Ambrosiani, quamquam a Massmanno ex parte iterum inspecti, ut denuo excuterentur necesse erat; quod quum ipsis nobis facere non liceret, Castillionaeum precibus adiimus, ut coniecturas nostras, quas dubiis et aperte falsis lectionibus substitueramus, cum codicum scriptura comparare vellet; idque negotium non solum paratissimo animo atque rarissima gratificatione et benevolentia suscepit, sed etiam tanta diligentia atque accuratione gessit, ut textus epistolarum, quantum superest, quem eius ipsius editione multo emendatiorem edidimus, summo iure Castillionaei etiam studio debeatur.

In adornanda autem nostra editione ita versati sumus ut lectiones codicum (in evangeliis Argentei, in epistolis codicis B) veras, non eas, quas exhibebant editiones, summa fide redderemus, exceptis iis solis, quae aperte falso habebant, quas quidem ex legibus sermonis emendavimus, dubias autem et quarum emendatio non esset in promptu, relinqueremus intactas; in verborum autem scriptura, quum gothicarum literarum integritatem retinere cuperemus, hanc legem servavimus, ut non ***th, ch, wh, qu*** scriberemus, sed simpliciter **þ** (islandicae proprie literae formam, ab aliis viris doctis iam introductam) ***x, w, q*** et pro ***w*** simplicem formam ***v;*** verba denique interpunctionibus diremimus frequentioribus quidem, quam in codicibus apparent, sed quae ad sensum explicandum utiles esse viderentur. Textui sic constituto versionem latinam addidimus, non qualem Zahnius confecit, ut verborum gothorum solorum ratione habita vel contra consuetudinem sermonis latini peccaret, sed quae regulas latinitatis observans verbum gothicum verbo latino redderet; in quo negotio, quantum licebat, Vulgatam secuti sumus. Denique adnotationem criticam adiecimus, qua primum editionum priorum errata enumerantur, quae quia ad historiam textus gothici pertinebant et qua diligentia quave negligentia codices a criticis adhibiti essent, cognosci posset, nunc non omittenda esse videbantur; deinde lectiones merito suspectas indicavimus, temere in dubitationem vocatas defendimus, rationes

---

mos editionum illarum vitia perduxerint, inter alia optime cognoscitur e disputatione Graffii de infirma germanicae linguae declinatione conscripta, multa doctrina repleta, in Novi diarii societatis eruditorum Berolinensium etc. volumine altero inde a pag. 1. edita; is enim leges constituit plerasque, e lectionibus falsis deductas, quarum eum cognitis veris lectionibus, etiamsi non poenitebit, tamen loca, quae nunc citavit tanquam probantia, non probare id, quod voluit, ipse intelliget.

emendationum aut explicationum ab aliis initas sub iudicium vocavimus, neque ubi Gothus aut minus recte in interpretatione versatus esset, aut contra sermonem suum peccavisset, aut graeca falso legisset, animadvertere omisimus; tum textus nostri et graeci vulgati frequentem discrepantiam notavimus, vulgatus autem textus graecus nobis est, quem Griesbachii editio praebet, praeterque varietates ibi positas Millium etiam et Matthaeium consuluimus; denique varietates vel in altero codice inventas, vel in marginibus adscriptas ibi adiunximus, ita ut quae in textu aliarum editionum sint, omnia, de adnotationibus, observationibus, aliorum explicandi conatibus, ea quae utilia viderentur, librorum autem gothicorum additamenta, glossae, variae lectiones, gothici et graeci textus diversitates omnes indicatae inveniantur. Ut breviores esse possemus, notis usi sumus fere his:

‡ significat lectionem prorsus falsam.
\+ — lectionem non falsam quidem, sed quam codd. non agnoscant.
∾ — verborum transpositionem.
° (supra lineam positum) — verborum omissionem.
*gr.* — lectionem textus graeci Griesbachiani.
*gr. omn.* — lectionem codicum graecorum omnium.
*cod.* et *codd.* — lectionem codicis vel lectiones codicum a Griesb. citatorum.
*div.* — divisim.
*ict.* — iunctim.
*pr.* — primum.
*sec.* — secundum.
*tert.* — tertium.
*coni.* — coniecit l. coniectura.
*vers.* vel *verss.* — versio vel versiones.
*lac.* — lacuna.
*editt.* — editiones Ulfilae, quae nostram praecesserunt.
*B.* — Benzel.
*B. A.* — Bairische Annalen.
*Bü.* — Büsching.
*Cast.* — Castiglione.
*F.* — Fulda.
*G. s. Gord.* — Gordon.
*GGA.* — Göttingische Gelehrte-Anzeigen.
*Gr.* — Grimm, Deutsche Grammat.
*H.* — Henshall.
*HLZ.* — Hallische Literaturzeitung.
*Hx.* — Heinatzii manuscriptum.
*Ih.* — Ihre.
*J. s. Jun.* — Junius.
*Kn.* — Knittel.
*MGA.* — Münchner Gelehrte-Anzeigen.
*LM.* — Lye-Manning.
*Mi.* — Matthaei.
*Mill.* — Millius.
*Mssm.* — Massmann.
*Rw.* — Reinwald.
*Sch.* — Schulz.
*Schm.* — Schmeller.
*Sk.* — Skeireins.
*St.* — Stiernhielm.
*W. J.* — Wiener Jahrbücher.
*Z.* — Zahn.

## III. In adnotatione.

p. 2 col. 1 lin. 6 del. *omn.*
— 3 — 1 — 17 post *Ulf.* adde: c. cod. 6 (uti Scholzius notat).
— 7 — 2 — 2 vide quae de h. l. ad Gal. 2, 6 diximus.
— 9 — 2 — 6 post *loco* adde: c. codd.
— 10 — 1 — 2 pro ῆς leg. ἧς.
cod. — 2 — 3 pro ∽ *gr. omn.* l. gr. omn. *αὐτοῦ ἡ λέπρα.*
— 12 — 2 — 7 pro *pluralis* l. masculinum.
— 18 — 1 — 1 post *gr.* adde: omn.
— 42 — 1 — 11 post 31 adde: L.
— 45 — 1 — 4 pro 3 leg. 5.
— 54 — 1 — 2 pro *skulþs* l. *skulds.*
— 56 — 2 — 4 post 18 adde: *gavairpiþ*] proiicit, gr. fere omn. *ῥήσσει;* Goth. c. cod. 12 ap. Mi. *ῥίπτει.*
— cod. — 2 — 14 pro *valvnon — afvapnon, gafullnon* l. *valvnan, afvapnan, gafullnan.*
— 62 — 2 — 5 post 10 adde: vid. tamen ad Gal. 6, 12.
— 64 — 2 — 13 pro 8 l. 3.
— 65 — 2 — 5 post ἀχολουθοῦντες adde: vel potius librarii negligentia verba *jah þai afargaggandans* exciderunt, cf. ad Rom. 9, 15.
— 73 — 2 — 8 sq. pro *ubuhwopida* et paulo post *ufwopida* l. *ubuhvopida — ufvopida.*
— 80 — 2 — 16 post 11 adde: pro *afar sabbate* fort. ict. legendum *afarsabbate,* sicut *aftermontag* olim dicebatur pro *dienstag,* cf. Grim. Deutsche Rechtsalterth. p. 820.
— 92 — 2 — 9 post *allh* adde: vid. ad Gal. 5, 15.
— 94 — 2 — 13 sq. vid. Prolegg. pag. XXVII.
— 118 — 1 — 1 sq. pro *urrumnada* et *usrumnada* leg. *urrumnoda* et *usrumnoda.*
— 157 — 2 — 2 pro 28 l. 18.
— 161 — 1 — 4 post *ἀποθάνῃ* adde: *καί* c. Goth. omittunt Vulg. Colb. Patrr. lat.
— 163 — 1 — 8 pro *conspirat* lege: (dixit cum esset) conspirare Z. haud ita recte dicit.
— 176 — 1 — 14 pro 15 l. 16.
cod. — 2 — 1 post *omn.* adde: praeter cod. 235.
cod. — cad. — 7 del. *omn.* et post *c.* adde: cod. L ev. 15.
— 183 — 1 — 5 post *ad* adde: L.
— 207 — 1 post l. 10 adde: 7, 22. *innumin*] vid. ad Coloss. 1, 29.
— 212 — 1 — 8 pro *Cast. — excidere* sic legendum est: sic cod. A syllabis *us da* supra lineam *daus* scriptis (*urraisidauþaim*), quod quum Cast. initio non conspexisset ‡ *urraisi* edidit.
— 219 — 1 — fin. adde: 13, 13 *dragkameim*] vid. ad Gal. 5, 21.
— 221 — 2 — 9 post 23 adde: *gaius*] sic Cast. sine punctorum supra *i* positorum vestigio et h. l. et Cor. 1, 1, 14 in cod. A scriptum esse dicit; minus recte autem Goth. ita scripsit, nunquam enim hoc nomen bisyllabum est ita, ut *ai* vocales diphthongum efficiant.
— 222 — 1 post l. 3 adde: 1, 14. *gaiu*] vid. ad Rom. 16, 23.
— 224 — 2 — 3 pro *ushrainaiþ — ushraineiþ* lege: *ushraineiþ*] sic cod. A; Cast. ‡ *ushrainaiþ.*
— 226 — 2 — 19 post *legerit* adde: codice denuo inspecto Cast. *ainwarjatoh* scriptum esse sibi videri dicit; quae lectio si vera est, Goth. *ἕκαστον* pro genere neutro habuit.

p. **232** col. **2** lin. **1** pro ***matjiduþ*** l. ***matjiduh.***
— **240** — **1** — **2** vid. Prolegg. pag. XXI, not. **66.**
— **248** — **2** — **10** pro ***codd.*** l. gr.
— **249** — **1** — **11** post ***vairþam*** adde: c. gr. omn.; lectio codicis B c. Patrr. lat. conspirat.
— **268** — **2** — **17** post ***nibai*** adde: (nisi).
— **283** — **1** — **7** quae post ***alla*** leguntur, delenda sunt omnia.
— **295** — **2** — **2** pro A l. B.
— **298** — **1** — **3** pro A l. B.
— **308** — **2** — **6** ante ***fraujin*** adde: ***saggvim***] sic cod. B. Cast. ‡ ***saggvam.***
— **315** — **1** — **11** pro ***þiuhaiþ*** l. ***tiuhaiþ.***

# Aivaggeljo þairh Matþaiu.

3, 11 Aþþan ïk ïn vatin ïzvis daupja. ïþ sa afar mis gaggida svinþoza mis ïst. þizei ïk ni ïm vairþs ei anahneivands andbindau skaudaraip skohis ïs. sah
5, 8 þan ïzvis daupeiþ ïn ahmin veihamma. — audagai þai hrainjahairtans. unte
15 þai guþ gasaiwand. — ... ak ana lukarnastaþan. jah liuteiþ allaim þaim ïn
16 þamma razna. sva liuhtjai liuhaþ ïzvar ïn andvairþja manne. ei gasaiwaina
17 ïzvara goda vaurstva jah hauhjaina attan ïzvarana þana ïn himinam. *ni* hugjaiþ ei ïk qemjau gatairan vitoþ aiþþau praufetuns. ni qam gatairan ak usfulljan.

---

## Evangelium per Matthaeum.

3, 11. At ego in aqua vos baptizo, verum hic post me veniens maior me est, cuius ego non sum dignus, ut me - inflectens resolvam corrigiam calcei eius; hic vero vos baptizat in spiritu sancto. — 5, 8. Beati hi mundi-corde, nam hi deum vident. — 15. ... sed super candelabrum, et lucet omnibus his in hac domo. 16. Sic luceat lux vestra in praesentia hominum, ut videant vestra bona opera et celebrent patrem vestrum hunc in coelis. 17. Ne putetis, quod ego venerim abrogare legem aut profetas; non veni abrogare, sed perficere.

---

## *Adnotatio.*

3, 11. Hunc versum et 5, 8, qui in cod. Arg. non leguntur, ex libro, qui a Massmanno editus *Skeireins aivaggeljons þairh ïohannen* inscribitur, addidimus. Hic prior versus citatus est Sk. p. 14 (42). — *ïn — daupja*] ∾ gr. omn., deinde Goth. ° *εἰς μετάνοιαν*, quod in locis parallelis (Mc. 1, 8. L. 3, 16. J. 1, 26) gr. etiam omittunt; eadem verba M. 9, 13. Mc. 2, 17 et apud Goth. et apud quosdam gr. desiderantur. — *ïk*] secc. ego, ° gr. omn. — *anahneivands*] me inflectens, ° gr. omn., videtur ex Mc. 1, 7 additum esse (cf. ad 27, 42). — *andbindau — ïs*] solvam corrigiam calcei eius, gr. omn. *τὰ ὑποδήματα βαστάσαι*. — *þan*] vero, ° gr. omn. — *veihamma*] Ulf. c. cdd. ° *καὶ πυρί*.

5, 8. Hic versus primum editus in Ulfilae partium ineditarum specimine ab Ang. Maio et C. O. Castillionaeo edito pag. 24, nunc repetitur Sk. p. 26 (48). — *audagai*] leguntur deinde *auk þan qaþ* (enim autem dixit), quae ab auctore hujus operis, ut verba scripturae sacrae cum suis cohaererent, addita sunt.

5, 15. Principium eorum, quae conservata sunt in cod. Arg. — *lukarnastaþan*] J. St. + *lukarnastaþin*, H. ‡ div. — *liuteiþ*] utrum sic, an *liugeiþ*, quod editt. habent, in cod. Arg. scriptum sit, hodie distingui non potest; nos cum G. (Ulfil. illustr. append. p. 50) praetulimus *liuteiþ*, quod pro *liuhteiþ* (Cor. 1, 4, 5) errore librarii scriptum esse, ille recte dicere videtur, vid. vs. 16 *liuhtjai*, adde Cor. 2, 4, 4 *liuhtjai*, vs. 6 *liuhtida*. Singulae literae librarii negligentia saepius omissae sunt, *h* ipsum Mc. quoque 15, 38 *als* pro *alhs*, L. 6, 12 *þairvakands* pro *þairhvakands*, 6, 17 et 8, 4 *hiuma* pro *hiuhma*, J. 6, 12 *drausnos* pro *drauhsnos*. — *þamma*] H. ‡ *þamna*.

5, 16. *liuhtjai*] H. ‡ *liughtjai*.

5, 17. *ïk*] ego, ° gr. omn., B. ‡ *ni*. — *ei ïk qemjau*] J. St. + *ei qam*.

18 amen auk qiþa ïzvis. und þatei usleiþiþ himins jah airþa. jota ains aiþþau
19 ains striks ni usleiþiþ af vitoda. unte allata vairþiþ. ïþ saei nu gatairiþ aina
anabusne þizo minnistono jah laisjai sva mans. sah minnista haitada ïn þiudangardjai himine. ïþ saei taujiþ jah laisjai sva. sah mikils haitada ïn þiudangardjai himine.
20 qiþa auk ïzvis þatei nibai managizo vairþiþ ïzvaraizos garaihteins þau
21 þize bokarje jah fareisaie. ni þau qimiþ ïn þiudangardjai himine. hausideduþ þatei qiþan ïst þaim airizam. ni maurþrjais. ïth saei maurþreiþ. skula
22 vairþiþ stauai. aþþan ïk qiþa ïzvis þatei wazuh modags broþr seinamma svare skula vairþiþ stauai. ïþ saei qiþiþ broþr seinamma raka. skula vairþiþ gaqumþai. aþþan saei qiþiþ dvala. skula vairþiþ ïn gaiainnan funins.
23 jabai nu bairais aibr þein du hunslastada jah jainar gamuneis þatei broþar
24 þeins habaiþ wa bi þuk. aflet jainar þo giba þeina ïn andvairþja hunslastadis jah gagg faurþis gasibjon broþr þeinamma jah biþe atgaggands at-
25 bair þo giba þeina. sijais vaila hugjands andastauin þeinamma sprauto. und þatei ïs ïn viga miþ ïmma. ïbai wan atgibai þuk sa andastaua stauin
26 jah sa staua þuk atgibai andbahta. jah ïn karkara galagjaza. amen qiþa

---

14, 66. *jah*] sec. et, J. St. ° (‡) c. gr. omn.; *jah* pleonastice post participia saepius ponitur: M. 8, 14 *jah qimands ïesus ïn garda jah gasaw*. J. 6, 45 *wazuh sa gahausjands at attin jah ganam*, alia. — *atïddja*] J. St. ‡ *atïdja*.
14, 67. *ïesua*] gr. post *nazoreinau*; ceterum vid. ad 1, 24.
14, 68. *faur gard*] ante domum, gr. *ἔξω εἰς τὸ προαύλιον*.

70 qiþan þaim faurastandandam þatei sa þizei ïst. ïþ ïs aftra laugnida. jah afar
leitil aftra þai atstandandans qeþun du paitrau. bi sunjai þizei ïs. jah auk
71 razda þeina galeika ïst. ïþ ïs dugann afaikan jah svaran þatei ni kann þana
72 mannan. þanei qiþiþ. jah anþaramma sinþa hana vopida. jah gamunda pai-
trus þata vaurd. sve qaþ ïmma ïesus þatei faurþize hana hrukjai tvaim sin-
15, 1 þam. ïnvidis mik þrim sinþam. jah dugann greitan. jah sunsaiv ïn maurgin
garuni taujandans þai auhumistans gudjans miþ þaim sinistam jah bokarjam.
2 jah alla so gafaurds gabindandans ïesu brahtedun ïna at peilatau. jah frah
ïna peilatus. þu ïs þiudans ïudaie. ïþ ïs andhafjands qaþ du ïmma. þu qiþis.
3. 4 jah vrohidedun ïna þai auhumistans gudjans filu. ïþ peilatus aftra frah ïna
5 qiþands. niu andhafjis ni vaiht. sai. wan filu ana þuk veitvodjand. ïþ ïesus
6 þanamais ni andhof. svasve sildaleikida peilatus. ïþ and dulþ warjoh fralailot
7 ïm ainana bandjan. þanei bedun. vasuh þan sa haitana barabbas miþ þaim
miþ ïmma drobjandam gabundans. þaiei ïn auhjodau maurþr gatavidedun.
8 jah usgaggandei alla managei dugunnun bidjan. svasve sinteino tavida ïm.

---

dicere his circumstantibus, quod hic horum est. 70. Verum is iterum negavit, et post paulum iterum hi adstantes dixerunt ad Petrum: *in* veritate horum es, et enim sermo tuus similis est. 71. Verum is coepit negare et iurare, quod non novi hunc hominem, quem dicitis. 72. Et secunda vice gallus cantavit, et recordatus est Petrus hoc verbum, ut dixit ei Iesus, quod antequam gallus cantet duabus vicibus, negas me tribus vicibus, et coepit flere. 15, 1. Et statim in mane consilium facientes hi summi sacerdotes cum his natu-maximis et scribis et omne hoc concilium vincientes Iesum duxerunt eum ad Pilatum. 2. Et interrogavit eum Pilatus: tu es rex Iudaeorum? verum is respondens dixit ad eum: tu dicis! 3. Et accusarunt eum hi summi sacerdotes multum; 4. verum Pilatus iterum interrogavit eum dicens: nonne respondes non quidquam? ecce quam multum contra te testantur! 5. Verum Iesus amplius non respondit, adeo ut miraretur Pilatus. 6. Verum per festum quodque dimisit iis unum vinctum, quem petierunt. 7. Fuit autem hic vocatus Barabbas, cum his cum eo tumultuantibus vinctus, qui in seditione homicidium fecerunt. 8. Et exiens omnis turba coeperunt orare, sicut semper fecit iis.

---

14, 70. *jah auk*] Ulf. c. codd. ° *Γαλιλαῖος εἶ καί.*

14, 71. *afaikan*] negare, gr. omn. *ἀναθεματίζειν*, quod loco parallelo M. 26, 74 strictius per *afdomjan* redditur. — *þana*] vid. ad 10, 5.

14, 72. *jah*] pr., Ulf. c. codd. ° *εὐθέως.* — *sinþam*] sec. J. St. ‡ *sinþan.* — *dugann greitan*] coepit lacrimare, gr. *ἐπιβαλὼν ἔκλαιε.*

15, 1. *gudjans*] J. St. ‡ *gudjands.* — *brahtedun*] Ulf. ° *καὶ παρέδωκαν*; ceterum non est, quod Gothum *ἀπήγαγον* pro *ἀπήνεγκον* legisse, cum Sch. contendatur; sic *briggan* pro graeco *ἀποφέρειν* etiam L. 16, 22. — *ina*] eum, ° gr.

15, 2. *ïudaie*] St. ‡ *jadaje.*

15, 5. *ni*] Ulf. ° *οὐδέν* (*vaiht*).

15, 6. *warjoh*] B. ‡ *warja*; cod. Arg. J. St. Z. ‡ *warjo*; id vitium repetitur Skeir. 43, 16 ubi *warjano* pro *warjanoh* (cf. 50, 8 ubi *ainwarjamma* pro *ainwarjammeh*, vel potius pro *ainwarjanoh*) legitur. Encliticum — *h* (i. e. *uh*, cf. ad M. 5, 37) addi debet, quia eo omisso pronomen interrogativum relinquitur (Grim. III. 29), quod hoc loco sensus non admittit. Loco parallelo M. 27, 15 pro *warjoh* legitur *warjanoh*, masculina forma, quae ipsa apud diligentem lectorem offensionem habet, nam *dulþs* genere est femininum (L. 2, 42. J. 6, 4).

15, 8. *usgaggandei*] ascendens, gr. *ἀναβοήσας.* — *alla*] omnis, ° gr.

9 ïþ þeilatus andhof ïm qiþands. vileidu fraleitan ïzvis þana þiudan ïudaie.
10. 11 vissa auk þatei ïn neiþis atgebun ïna þai auhumistans gudjans. ïþ þai auhumistans gudjans ïnvagidedun þo managein. ei mais barabban fralailoti ïm.
12 ïþ þeilatus aftra andhafjands qaþ du ïm. wa nu vileiþ ei taujau þammei
13. 14 qiþiþ þiudan ïudaie. ïþ eis aftra hropidedun. ushramei ïna. ïþ þeilatus qaþ du ïm. wa allis ubilis gatavida. ïþ eis mais hropidedun. ushramei ïna.
15 ïþ þeilatus viljands þizai managein fullafahjan fralailot ïm þana barabban ïþ
16 ïesu atgaf usbliggvands. ei ushramiþs vesi. ïþ gadrauhteis gataihun ïna ïnn-
17 ana gardis. þatei ïst praitoriaun. jah gahaihaitun alla hansa jah gavasidedun
18 ïna paurpurai jah atlagidedun ana ïna þaurneina vipja usvindandans jah du-
19 gunnun goljan ïna. hails þiudan ïudaie. jah slohun ïs haubiþ rausa jah

---

9. Verum Pilatus respondit iis dicens: vultisne dimittere vobis hunc regem Iudaeorum? 10. Scivit enim, quod ob invidiam tradiderunt eum hi summi sacerdotes. 11. Verum hi summi sacerdotes commoverunt hanc turbam, ut potius Barabbam dimitteret iis. 12. Verum Pilatus iterum respondens dix itad eos: quid iam vultis, ut faciam quem vocatis regem Iudaeorum? 13. Verum ii iterum clamarunt: crucifige eum! 14. Verum Pilatus dixit ad eos: quid enim mali fecit? Verum ii magis clamarunt: crucifige eum! 15. Verum Pilatus volens huic turbae satisfacere dimisit iis hunc Barabbam, verum Iesum tradidit flagellans, ut crucifixus esset. 16. Verum milites duxerunt eum intro atrium, quod est praetorium, et convocarunt omnem cohortem 17. et vestiverunt eum purpura et imposuerunt in eum spineam coronam plectentes 18. et coeperunt salutare eum: salve, rex Iudaeorum! 19. et percusserunt eius caput arundine et

---

15, 9. *vileidu fraleitan*] J. St. + *vileid ei fraleitau*, B. ‡ *vileid fraleitam*, Z. cum Ih. F. + *vileidu fraleitau*. Omnino proba est codicis Arg. lectio, quam dedimus; *u* enim in *vileidu* certo scriptum fuit, quamquam nunc oculorum acie deprehendi vix potest, et sine dubio omissam hanc encliticam desideraremus, quia interrogationi indicandae inservit. Deinde etiamsi *ei* (ut) Gothus post *viljan* ponere solet (15, 12. L. 18, 41), tamen infinitivum cum accusativo etiam solet (Mc. 10, 36. L. 19, 14); denique si *fraleitan* pro passivo Ulfilas usus est, nemo mirabitur, qui gothicam linguam infinitivo passivi omnino carere meminit (vid. ad 10, 45). Nostro loco similis est L. 1, 62 *waiva vildedi haitan* (καλεῖσθαι) *ïna*, cf. Mc. 9, 45. 47. L. 3, 7. 12 et Cor. 2, 5, 20 ubi δεόμεθα — καταλλάγητε τῷ θεῷ Goth. uti h. l. convertit *bidjam gagavairþnan guþa* (petimus reconciliari deo), sic M. 5, 24 *gagg gasibjon* = ὕπαγε διαλλάγηθι.

15, 11. *ïm*] J. St. ‡ *ïns*.

15, 12. *aftra andhafjands*] ∾ gr.

15, 15. *þana*] articulus, nominibus propriis rarissime additus L. 6, 11. J. 5, 36 (alia enim est locorum Mc. 1, 16. L. 3, 1 ratio), cum vi quadam ponitur, significans: talis de quo tam gravia dicuntur. — *ïþ*] sec., vid. ad M. 6, 24. — *ïesu atgaf*] ∾ gr. omn.

15, 16. *ïnnana gardis*] editt. ‡ *ïnn anagardis*, in qua lectione offensionem habet non solum compositionis ratio, quum neque *anagards* vocis αὐλή (quae ante domum aut anterior domus pars est) notionem probe reddat, et simplex *gards* illi graecae voci respondeat (vid. 14, 54), sed etiam genitivus post *ïnn* adverbium positus; nam si genitivo opus est post eiusmodi adverbia, utuntur Gothi formis *utana, hindana*, cf. Graff Althochdeutsche Praeposit. p. 10, ad quorum similitudinem dicendum est *ïnnana*, vid. Cor. 2, 7, 5. Quibus probatis meliore iure contendere videmur Ulf. ἔσω legisse, quam Griesb., qui Gothum εἰς in cod. suo invenisse ait.

15, 17. *þaurneina*] St. ‡ *þaurneia*. — *usvindandans*] gr. omn. ante *þaurneina*.

20 bispivun ïna jah lagjandans kniva ïnvitun ïna. jah biþe bilailaikun ïna. andvasidedun ïna þizai paurpurai jah gavasidedun ïna vastjom svesaim jah ustauhun
21 ïna ei ushramidedeina ïna. jah undgripun sumana manne seimona kyreinaiu qimandan af akra attan alaiksandraus jah rufaus. ei nemi galgan ïs.
22 jah attauhun ïna ana gaulgauþa staþ. þatei ïst gaskeiriþ wairneins staþs.
23. 24 jah gebun ïmma drigkan vein miþ smyrna. ïþ ïs ni nam. jah ushramjandans ïna disdailjandans vastjos ïs vairpandans hlauta ana þos. warjizuh wa nemi.
25. 26 vasuh þan weila þridjo. jah ushramidedun ïna. jah vas ufarmeli fairinos ïs
27 ufarmeliþ. sa þiudans ïudaie. jah miþ ïmma ushramidedun tvans vaidedjans.
28 ainana af taihsvon jah ainana af hleidumein ïs. jah usfullnoda þata gamelido
29 þata qiþano. jah miþ unsibjaim rahniþs vas. jah þai fauragaggandans vajameridedun ïna viþondans haubida seina jah qiþandans. o sa gatairands þo
30 alh jah bi þrins dagans gatimrjands þo. nasei þuk silban jah atsteig af
31 þamma galgin. samaleiko jah þai auhumistans gudjans bilaikandans ïna miþ sis misso miþ þaim bokarjam qeþun. anþarans ganasida ïþ sik silban ni
32 mag ganasjan. sa xristus sa þiudans ïsraelis atsteigadau nu af þamma galgin.

---

conspuerunt eum et ponentes genua adorarunt eum, 20. et quando illuserunt ei, exuerunt ei hanc purpuram et induerunt eum vestibus propriis et eduxerunt eum, ut crucifigerent eum. 21. Et apprehenderunt quendam hominum, Simonem Cyrenaeum, venientem ab agro, patrem Alecsandri et Rufi, ut sumeret crucem eius. 22. Et duxerunt eum in golgotha locum, quod est explicatum calvariae locus. 23. Et dederunt ei bibere vinum cum myrrha; verum is non accepit. 24. Et crucifigentes eum, dividentes vestes eius, iacientes sortem super illas, quisque quid acciperet. 25. Fuit autem hora tertia, et crucifixerunt eum. 26. Et fuit inscriptio criminis eius superscripta: hic rex Iudaeorum. 27. Et cum eo crucifixerunt duos maleficos, unum a dextra et unum a sinistra eius. 28. Et impletum - est hoc scriptum hoc dictum: et cum iniquis numeratus fuit. 29. Et hi praetereuntes blasphemarunt eum, moventes capita sua et dicentes: o hic dissolvens hoc templum et per tres dies aedificans hoc. 30. Salva te ipsum et descende de hac cruce. 31. Similiter etiam hi summi sacerdotes illudentes ei cum se invicem cum his scribis dixerunt: alios sanavit, verum se ipsum non potest sanare. 32. Hic Christus, hic rex Israelis, descendat nunc de hac cruce,

---

15, 21. *sumana manne*] quendam virorum, gr. omn. *παράγοντά τινα*; Ulf. lectionem suam ex locis parallelis M. 27, 32. L. 23, 26 hausisse videtur. — *kyreinaiu*] J. St. ‡ *kyreinaium*.

15, 24. *disdailjandans*] distribuentes, gr. *διαμερίζονται*. — *warjizuh wa*] quisque quid, gr. *τίς τί*; Goth. graeca non satis intellexisse apparet.

15, 28. *usfullnoda*] St. ‡ *usfulnoda*. — *qiþano*] vid. ad M. 26, 75. — *rahniþs*] J. St. ‡ *rahniþ*.

15, 29. *fauragaggandans*] antecedentes; lectio illa cod. Arg. et editt. omnino falsa est pro *faurgaggandans*, hoc enim est *παραπορεύεσθαι*, vid. Mc. 11, 20. L. 18, 36; *fauragaggan* autem respondet graeco *προπορεύεσθαι* sive *προάγειν*, vid. L. 1, 76. 18, 39. Mc. 11, 9. — *þo*] sec. hoc, ° gr. omn.

15, 31. *ïna*] eum, ° gr. omn. — *ïþ*] verum, ° gr. omn.; sic Ulf. saepius in oppositarum sententiarum altero membro addit *ïþ*, quod graeci non habent, vid. J. 8, 15. 23. 15, 5.

15, 32. *atsteigadau*] vid. ad J. 13, 35.

ei gasaiwaima jah galaubjaima. jah þai miþushramidans ïmma ïdveitidedun
33 ïmma. jah biþe varþ weila saihsto. riqis varþ ana allai airþai und weila
34 niundon. jah niundon weilai vopida ïesus stibnai mikilai qiþands. ailoe ailoe.
lima sibakþanei. þatei ïst gaskeiriþ. guþ meins guþ meins. duwe mis bilaist.
35. 36 jah sumai þize atstandandane gahausjandans qeþun. sai. helian vopeiþ. þrag-
jands þan ains jah gafulljands svam akeitis galagjands ana raus dragkida
37 ïna qiþands. let ei saiwam qimaiu helias athafjan ïna. iþ ïesus aftra letands
38 stibna mikila uzon. jah faurahah allhs disskritnoda ïn tva ïupaþro und dalaþ.
39 gasaiwands þan sa hundafaþs sa atstandands ïn andvairþja ïs þatei sva hrop-
40 jands uzon. qaþ. bi sunjai sa manna sa sunus vas guþs. vesunuþ-þan qinons
fairraþro saiwandeins. ïn þaimei vas marja so magdalene jah marja ïakobis
41 þis minnizins jah ïosezis aiþei jah salome. jah þan vas ïn galeilaia. jah laisti-
dedun ïna jah andbahtidedun ïmma. jah anþaros managos. þozei miþiddjedun
42 ïmma ïn ïairusalem. jah juþan at andanahtja vaurþanamma. unte vas para-

---

ut videamus et credamus. Et hi crucifixi-cum eo convitiati-sunt ei, 33. et quando facta-est hora sexta, tenebrae factae-sunt per omnem terram usque horam nonam. 34. Et nona hora clamavit Iesus voce magna dicens: Eloe, Eloe, lima sibacthani, quod est explicatum: deus mi, deus mi, cur me reliquisti! 35. Et quidam horum adstantium audientes dixerunt: ecce, Heliam vocat. 36. Currens autem unus et implens spongiam aceto ponens in arundinem potum-dedit ei dicens: sine ut videamus, veniatne Helias detollere eum. 37. Verum Iesus iterum emittens vocem magnam exspiravit. 38. Et velum templi scissum-est in duo a-summo usque deorsum. 39. Videns autem hic centurio, hic adstans in facie eius, quod sic clamans exspiravit, dixit: in veritate hic homo hic filius fuit dei. 40. Fuerunt autem mulieres procul videntes, in quibus fuit Maria haec Magdalene et Maria Iacobi huius minoris et Iosis mater et Salome. 41. Et quum esset in Galilaea, et secutae-sunt eum et ministrarunt ei et aliae multae, quae iverunt-cum eo in Ierusalem. 42. Et iam in vespere facto, nam fuit para-

---

15, 33. *jah*] et, gr. omn. δέ.

15, 34. *niundon weilai*] ∾ gr. — *lima*] gr. λαμμᾶ. — *sibakþanei*] gr. omn. σαβαχθανί, B. lectionem receptam vitiosam esse pro *sabakþanei*, recte censet, vid. M. 27, 46.

15, 35. *gahausjandans*] J. ‡ *jahausjandans*.

15, 36. *galagjands*] Ulf. ° τε. — *let ei*] J. St. B. ‡ ict., iidem vero M. 27, 49 recte ediderunt. Falso adnotat Sch., Ulf. ἴνα legisse in cod. suo; immo de suo addidit Goth. particulam *ei*, vid. 15, 12; ἄφες autem nostrum legisse, Griesb. recte monet.

15, 37. *aftra*] iterum, ° gr. omn.; fortasse e M. 27, 50 huc tractum.

15, 38. *allhs*] cod. Arg. ‡ *als*, vid. ad M. 5, 15. — *ïupaþro*] St. Z. ‡ *jupaþro*.

15, 39. *þatei*] St. ‡ *þatai*.

15, 40. *þan*] Ulf. ° καί. — *vas*] Ulf. ° καί. — *ïakobis*] Ulf. c. codd. ° ἡ, quod M. 27, 56 additur; excidisse h. l. eo magis miramur, quod omnis lectionis diversitas in hoc versu ea est, ut quae a graecis dissentiunt, cum verbis Matthaei consentiant.

15, 41. *jah*] pr., gr. αἳ καί. — *jah*] sec. et, ° gr. omn. — *þozei*] J. St. ‡ *þoze*.

15, 42. *at andanahtja*] J. St. ‡ ict. — *fruma sabbato*] primus sabbatus, gr. omn. πρωσάββατον, cf. ad 16, 2.

43 skaive. saei ïst fruma sabbato. qimands ïosef af areimaþaias gaguds ragineis. saei vas silba beidands þiudangardjos guþs. ananaŋþjands galaiþ ïnn du pei-
44 latau jah baþ þis leikis ïesuis. ïþ peilatus sildaleikida ei ïs juþan gasvalt
45 jah athaitands þan hundafaþ frah ïna. ei juþan gadauþnodedi. jah finþands
46 at þamma hundafada fragaf þata leik ïosefa. jah usbugjands lein jah usnimands ïta bivand þamma leina jah galagida ïta ïn hlaiva. þatei vas gadraban
47 us staina. jah atvalvida stain du daura þis hlaivis. ïþ marja so magdalene
16, 1 jah marja ïosezis sewun. war galagiþs vesi. jah ïnvisandins sabbate dagis marja so magdalene jah marja so ïakobis jah salome usbauhtedun aromata.
2 ei atgaggandeins gasalbodedeina ïna. jah filu air þis dagis afar sabbate aſiddjedun

---

sceve, qui est primus sabbatorum, 43. veniens Iosef ab Arimathaeo, probus decurio, qui fuit ipse exspectans regnum dei, audens ivit intro ad Pilatum et petiit hoc corpus Iesu. 44. Verum Pilatus miratus - est, quod is iam obiit, et advocans autem centurionem, interrogavit eum, an iam moreretur. 45. Et comperiens ab hoc centurione, tradidit hoc corpus Iosefo. 46. Et emens linum et sumens id obvolvit hoc lino, et posuit id in sepulcro, quod fuit excisum e saxo, et advolvit saxum ad ostium huius sepulcri. 47. Verum Maria haec Magdalene et Maria Iosis viderunt, ubi positus esset. 16, 1. Et imminente sabbati die Maria haec Magdalene et Maria haec Iacobi et Salome emerunt aromata, ut accedentes ungerent eum. 2. Et admodum mane hoc die post(ero) sabbatorum, adierunt

---

15, 43. *qimands*] veniens, gr. ἦλθεν. — *areimaþaias*] vid. ad M. 27, 57. — *gaguds*] J. St. ‡ *guds*, quod Z. eodem sensu poni posse opinatur, quo *gaguds*; sed errat, nam *guds* vox est nihili nec ullo loco reperitur, *gagudei* autem legitur Tit. 1, 1. Skeir. 38, 7, cf. *afguds* Skeir. 44, 22. — *saei*] Ulf. ° καί. — *vas silba*] ∼ gr. omn.

15, 44. *ïs*] is, ° gr. omn. — *þan*] autem, ° gr. omn.; quum ubi particulae *jah þan* unam notionem exprimentes ponuntur, immisso alio verbo dirimi non soleant, in *þan* vitium latere et, quod iam Lye (apud B. praef. p. XIV) et Z. viderunt, *þana* legendum esse arbitramur, quod vero neutiquam euphoniae gratia, uti viri docti nihil probantia exempla producentes opinantur, in *þan* mutilari debuit. — *juþan*] sec. iam, gr. πάλαι.

15, 45. *at*] F. h. l. et Mc. 12, 2 omni auctoritate destitutus *af* scribit.

15, 46. *ïta*] utr. id, ad *leik* (σῶμα) referendum; gr. αὐτόν (intell. Iesum); aliter L. 2, 28.

15, 47. *galagiþs vesi*] positus esset, gr. τίθεται.

16, 1. *ïnvisandins*] cod. Arg. J. St. B. ‡ *ïnvisandin*, omittitur *s* propter sequentem eandem literam, vid. 10, 45. cf. ad 3, 13. Ceterum pro διαγενομένου σαββάτου Goth. habet instante die et cum L. 23, 56. 24, 1 consentire videtur, vid. ad vers. 2. Genitivi autem non sunt absoluti, quos dicunt, sed proprie tempus indicantes, uti vs. seq. Opponuntur igitur *ïnvisandins sabbate dagis* (praecedente sabbato die, quem supra 15, 42 primum sabbatorum dixit, quia dies et sabbatum antecedens et sequens festi dies erant) et *þis dagis afar sabbate* (postero die sabbati), inter utrumque sabbatus ipse interfuit.

16, 2. *þis — sabbate*] die postero sabbatorum (strictius: am nachtag des sabbats), gr. τῇ μιᾷ σαββάτων; pro *þis afar dagis* vid. L. 7, 11. Ceterum Ulf., ab omnibus graecis dissentientem, Lucae narrationem sequi iam supra indicavimus; Gothus ita intelligendus est: die, qui sabbatum ipsum praecedit, mulieres aromata emerunt, (sabbato ipso quieverunt L. 23, 56), die post sabbatum (qui unus est sabbatorum, gr.) ad sepulcrum contenderunt. — *aſiddjedun*] cod. Arg. ‡ *aſiddedun*. — *at urrinnandin*] J. St. Z. ‡ ict.

3 du þamma hlaiva at urrinnandin sunnin jah qeþun du sis misso. was
4 afvalvjai unsis þana stain af daurom þis hlaivis. jah ïnsaiwandeins gaumi-
5 dedun. þammei afvalviþs ïst sa stains. vas auk mikils abraba. jah atgaggan-
deins ïn þata hlaiv gasewun juggalauþ sitandan ïn taihsvai bivaibidana vastjai
6 weitai jah usgeisnodedun. þaruh qaþ du ïm. ni faurhteiþ ïzvis. ïesu sokeiþ
nazoraiu þana ushramidan. nist her. urrais. sai þana staþ. þarei galagidedun
7 ïna. akei gaggiþ qiþiduh du siponjam ïs jah du paitrau ei faurbigaggiþ ïzvis
8 ïn galeilaian. þaruh ïna gasaiwiþ. svasve qaþ du ïzvis. jah usgaggandeins af
þamma hlaiva gaþlauhun. dizuh þan sat ïjos reiro jah usfilmei jah ni qeþun
9 mannhun vaiht. ohtedun sis auk. usstandands þan ïn maurgin frumin sabbato
ataugida frumist marjin þizai magdalene. af þizaiei usvarp sibun unhulþons.
10 soh gaggandei gataih þaim miþ ïmma visandam qainondam jah gretandam.
11 jah eis hausjandans þatei libaiþ jah gasaiwans varþ fram ïzai ni galaubi-
12 dedun. afaruh þan þata —

---

ad hoc sepulcrum, in oriente sole, 3. et dixerunt ad se invicem: quis devolvat nobis hoc saxum ab ostiis huius sepulcri? 4. Et inspicientes observarunt, quod devolutum est hoc saxum; fuit enim magnum valde. 5. Et accedentes in hoc sepulcrum viderunt iuvenem sedentem in dextra amictum veste alba, et obstupuerunt. 6. Tunc dixit ad eos: ne timete vobis, Iesum quaeritis Nazoraeum, hunc crucifixum; non - est hic, surrexit, ecce hunc locum, ubi posuerunt eum. 7. Sed ite diciteque ad discipulos eius et ad Petrum, quod praecedit vos in Galilaeam, ibi eum videtis, sicut dixit ad vos. 8. Et exeuntes ab hoc sepulcro aufugerunt; invasit autem eas tremor et pavor et non dixerunt cuiquam quidquam, timuerunt sibi enim. 9. Surgens autem in mane primo sabbato apparuit primum Mariae huic Magdalenae, e qua eiecit septem daemones. 10. Haec iens nuntiavit his cum eo exsistentibus, flentibus et plorantibus. 11. Et ii audientes, quod vivit et visus fuit ab ea, non crediderunt. 12. Post autem hoc —

---

16, 4. *ïnsaiwandeins*] St. ‡ *ïnsanwandeins.*

16, 6. *nazoraiu*] vid. ad 1, 24. — *urrais*] gr. omn. ante *nist.* — *þana staþ*] hunc locum, gr. ὁ τόπος; eo autem magis mirum est, quod Goth. accusativo utitur, quia nullo alio loco *sai* interiectio vim imperativi verbi *saiwan* habet, vid. praesertim L. 1, 38.

16, 7. *faurbigaggiþ*] J. St. B. + *fauratgaggiþ.* — *ïzvis*] sec., J. St. ‡ *ïna ïs;* verum vidit Maresh. p. 441.

16, 8. *gaþlauhun*] gr. omn. ante *af.* — *dizuh þan*] pro *diz* J. St. ‡ *dei* verbo praecedenti adpictum, deinde iungunt ‡ *uhþan*, B. ‡ *dis uhþan*, Z. ‡ *diz uhþan*; vid. ad 14, 44. — *ïjos*] sic cod. Arg.; Z. ‡ *ïzos*, J. St. B. ‡ *ïgos;* sincerum lectionem B. in adnotatione exhibet, cf. Grim. I. 785. — *ni qeþun*] J. St. B. ‡ *nimanna*, deinde lac. usque ad finem versus.

16, 9. *maryin þizai*] J. St. B. ‡ *marive þamei;* B. in adnotatione recte coniecit *þizai*, quod intenta oculorum acie cum lh. in cod. Arg. legimus.

16, 10. *soh*] J. St. + *so.* — *gataih*] St. ‡ *gataiþ.* — *visandam*] J. St. B. ‡ *verun*, deinde lac. usque ad finem versus.

16, 11. *jah eis hausjandans*] J. St. B. + *ïþ eis gahausjandans.* — *gasaiwans*] J. St. B. ‡ *gasaiwands.*

16, 12. *afaruh þan*] J. St. B. ‡ *afar uþþan.*

# Aivaggeljo þairh Lukan

anastodeiþ.

1, 1 Unte raihtis managai dugunnun meljan insaht bi þos gafullaveisidons in uns
2 vaihtins. svasve anafulhun unsis. þaiei fram frumistin silbasiunjos jah and-
3 bahtos vesun þis vaurdis. galeikaida jah mis jah ahmin veihamma fram ana-
stodeinai allaim glaggvuba afarlaistjandin gahahjo þus meljan. batista þaiaufeilu.
4. 5 ei gakunnais þize bi þoei galaisiþs is vaurde astaþ. vas in dagam herodes
þiudanis iudaias gudja namin zakarias us afar abijins jah qeins is us dauh-
6 trum aharons jah namo izos aileisabaiþ. vesunuh þan garaihta ba in and-
vairþja guþs gaggandona in allaim anabusnim jah garaihteim fraujins unvaha.
7 jah ni vas im barne. unte vas aileisabaiþ stairo jah ba framaldra dage

---

**Evangelium per Lucam incipit.**

1, 1. Quia quidem multi coeperunt scribere historiam de his completis apud nos rebus, 2. sicut tradiderunt nobis, qui a primo oculati-testes et ministri fuerunt huius verbi: 3. placuit etiam mihi et spiritui sancto a principio omnia diligenter persequenti continenter tibi scribere, optime Theofile, 4. ut cognoscas horum, de quibus doctus es, verborum veritatem. 5. Fuit in diebus Herodis, regis Iudaeae, sacerdos, nomine Zacarias, ex posteritate Abijae, et mulier eius e filiabus Aharonis, et nomen eius Elisabeth. 6. Fuerunt autem iusti ambo in facie dei, incedentes in omnibus praeceptis et iustitiis domini irreprehensibiles. 7. Et non fuerunt iis filii, quia fuit Elisabeth sterilis et ambo provecti diebus

---

*Adnotatio.*

Inscript. *anastodeiþ*] vid. ad Mc. inscript.

1, 1. *raihtis*] St. ‡ *rahtis*.

1, 3. *jah ahmin veihamma*] et spiritui sancto, ° gr. omn., Goth. c. verss. lat. — *afarlaistjandin*] gr. omn. ante *fram*.

1, 5. *þiudanis*] J. St. ‡ *þiudans*. — *gudja*] cod. Arg. editt. ‡ *gudji*; ceterum Ulf. ° *τις*. — *afar*] proprie *post*, h. l. substantivi loco positum significat *posteritatem*, sed longe aberrat Goth. a gr., qui *ἐφημερία* habent; eius vocis sensum nec h. l., nec vs. 8, ubi per *kuni* (genus) vertit, intellexit; *ἐφημερία* enim est una viginti quatuor classium sacerdotum, qui singulis hebdomatibus ministeriis in templo fungebantur.

1, 7. *vas*] gr. post *aileisabaiþ*.

8 seinaize vesun. varþ þan miþþanei gudjinoda ïs ïn vikon kunjis seinis ïn
9 andvairþja guþs bi biuhtja gudjinassaus hlauts ïmma urrann du saljan at-
10 gaggands ïn alh fraujins. jah alls hiuhma vas manageins beidandans uta
11 weilai þymiamins. varþ þan ïmma ïn siunai aggilus fraujins standands af
12 taihsvon hunslastadis þymiamins. jah gadrobnoda zakarias gasaiwands jah
13 agis disdraus ïna. qaþ þan du ïmma sa aggilus. ni ogs þus zakaria. duþe ei
andhausida ïst bida þeina. jah qens þeina aileisabaiþ gabairid sunu þus jah
14 haitais namo ïs ïohannen. jah vairþiþ þus faheds jah svegniþa jah managai
15 ïn gabaurþai ïs faginond. vairþiþ auk mikils ïn andvairþja fraujins jah vein
jah leiþu ni drigkid jah ahmins veihis gafulljada nauhþan ïn vambai aiþeins
16. 17 seinaizos. jah managans sunive ïsraelis gavandeiþ du fraujin guþa ïze. jah
silba fauraqimid ïn andvairþja ïs ïn ahmin jah mahtai haileïins gavandjan
hairtona attane du barnam jah untalans ïn frodein garaihtaize manvjan frau-
18 jin managein gafahrida. jah qaþ zakarias du þamma aggilau. bi we kunnum
þata. ïk raihtis ïm sineigs jah qens meina framaldrozei ïn dagam seinaim.
19 jah andhafjands sa aggilus qaþ du ïmma. ïk ïm gabriel sa standands ïn and-
20 vairþja guþs jah ïnsandiþs ïm rodjan du þus jah vailamerjan þus þata. jah
sijais þahands jah ni magands rodjan und þana dag ei vairþai þata. duþe ei

---

suis fuerunt. 8. Factum - est autem, dum sacerdotio - functus - est is in vice generis sui in facie dei, 9. secundum consuetudinem sacerdotii sors ei exiit ad immolandum, accedens in templum domini; 10. et omnis grex fuit turbae exspectantes foris hora suffitionis. 11. Factus - est autem ei in visione angelus domini, stans a dextra altaris suffitionis, 12. et turbatus - est Zacarias videns et timor cepit eum. 13. Dixit autem ad eum hic angelus: ne time tibi, Zacaria, ideo quod exaudita est precatio tua, et mulier tua Elisabeth parit filium tibi et voces nomen eius Iohannem. 14. Et fit tibi laetitia et gaudium, et multi in nativitate eius gaudent. 15. Fit enim magnus in facie domini et vinum et siceram non bibit et spiritu sancto repletur adhuc in utero matris suae; 16. et multos filiorum Israelis convertit ad dominum, deum eorum; 17. et ipse praecedit in facie eius in spiritu et potentia Heliae, convertere corda patrum ad filios et indoctos in prudentiam iustorum, parare domino turbam perfectam. 18. Et dixit Zacarias ad hunc angelum: ex quo scimus hoc? ego enim sum senex et uxor mea provectior in diebus suis. 19. Et respondens hic angelus dixit ad eum: ego sum Gabriel, hic stans in facie dei et missus sum loqui ad te et evangelizare tibi hoc; 20. et sis tacens et non valens loqui usque hunc diem, quo fiat hoc, ideo quod

---

1, 8. *kunjis*] generis, vid. ad vs. 5.
1, 9. *hlauts*] St. ‡ *hlauþs*.
1, 10. *manageins*] B. ‡ *managens*. — *beidandans*] exspectantes, gr. προσευχόμενον.
1, 11. *siunai*] J. St. ‡ *siuna*.
1, 14. *þus faheds*] ∾ gr. omn.
1, 15. *nauhþan*] St. ‡ *naukþan*. — *ïn*] sec. in, gr. ἐκ.
1, 17. *ïn*] tert., J. St. + *du*.
1, 18. *kunnum*] novimus, gr. omn. γνώσομαι.
1, 20. *jah*] pr., Ulf. ° ἰδού. — *dag ei*] St. ‡ ict.; particulae relativae pro pronomine positae usus

21 ni galaubides vaurdam meinaim. þoei usfulljanda ïn mela seinamma. jah vas
managei beidandans zakarïins. jah sildaleikidedun. wa latidedi ïna ïn þizai
22 alh. usgaggands þan ni mahta du ïm rodjan. jah froþun þammei siun gasaw
23 ïn alh. jah silba vas bandvjands ïm jah vas dumbs. jah varþ biþe usfullno-
24 dedun dagos andbahteis ïs. galaiþ du garda seinamma. afaruh þan þans da-
gans ïnkilþo varþ aileisabaiþ qens ïs jah galaugnida sik menoþs fimf qiþandei.
25 þatei sva mis gatavida frauja ïn dagam þaimei ïnsaw afniman ïdveit mein ïn
26 mannam. þanuh þan ïn menoþ saihstin ïnsandiþs vas aggilus gabriel fram
27 guþa ïn baurg galeilaias. sei haitada nazaraiþ. du magaþai ïn fragibtim abin.
28 þizei namo ïosef us garda daveidis. jah namo þizos magaþais mariam. jah
galeiþands ïnn sa aggilus du ïzai qaþ. fagino anstai audahaſta frauja miþ þus.
29 þiuþido þu ïn qinom. ïþ si gasaiwandei gaþlahsnoda bi ïnnagahtai ïs jah þahta
30 sis. weleika vesi so goleins. þatei sva þiuþida ïzai. jah qaþ aggilus du ïzai.

non credidisti verbis meis, quae implentur in tempore suo. 21. Et fuit turba exspectantes Zachariam et mirati - sunt, quid tardaret eum in hoc templo. 22. Exiens autem non potuit ad eos loqui, et intellexerunt, quod visionem vidit in templo, et ipse fuit significans iis et fuit mutus. 23. Et factum - est, quando impleti - sunt dies officii eius, ivit ad domum suam; 24. post autem hos dies gravida facta - est Elisabeth, uxor eius, et occultavit se menses quinque dicens, 25. quod sic mihi fecit dominus in diebus, quibus adspexit auferre opprobrium meum in hominibus. 26. Tunc autem in mense sexto missus fuit angelus Gabriel a deo in urbem Galilaeae, quae vocatur Nazareth, 27. ad virginem in sponsionibus marito, cuius nomen Iosef, e domo Davidis, et nomen huius virginis Mariam. 28. Et iens intro hic angelus ad eam dixit: salve! gratiâ opulenta, dominus cum te; benedicta tu in mulieribus. 29. Verum ea videns turbata - est de introitu eius et cogitavit sibi, qualis esset haec salutatio, quod sic benedixit ei. 30. Et dixit angelus ad eam:

notandus est, sic 17, 30 *vaiṛþiþ þamma daga ei.* Neh. 5, 14 *fram þamma daga ei;* aliis locis *ei* pronomini demonstrativo adiungitur, ut inde relativum pronomen evadat; sic Cor. 1, 11, 23 *ïesus ïn þizaiei naht galeviþs vas, nam hlaif.*

1, 22. *du ïm*] gr. omn. post *rodjan.*

1, 23. *dagos*] cod. Arg. ‡ *dagis;* quam codicis Arg. lectionem quum Z. defendere auderet, et converteret: quum diei munera finita essent, sacerdotum ministerium non unius tantum, sed septem dierum fuisse oblitus est. — *andbahteis*] B. *Z.* + *andbahteins; andbahteis* dictum est ea genitivi nominum in — *i* innitentium forma (—*eis* pro — *jis*), quam Grim. I. 606 adhuc desideravit; sic *gavairþeis* Cor. 2, 13, 11. Eph. 4, 3. *trausteis* Eph. 2, 12. *valdufneis* Skeir. 49, 2; de *waiteis* J. 12, 24 dubitatur, utrum sit genere masculinum (*waiteis*, cf. germ. *der* waizen), an neutrum (*waiti*, cf. island. *hveiti*).

1, 24. *þan*] St. ‡ *tan.* — *ïnkilþo*] J. St. ‡ div. uti vs. 36 et 2, 5, ubi B. etiam ‡ div. — *menoþs*] J. St. B. ‡ *menaþs.* — *fimf*] Hz. ‡ *fim.*

1, 25. *afniman*] Z. ‡ *afnimam.* — *ïdveit*] St. ‡ *ïdveiþ.*

1, 28. *anstai audahaſta*] J. St. ‡ ict.

1, 29. *gasaiwandei*] videns, ° gr. — *gaþlahsnoda*] gr. post *ïs.* — *ïnnagahtai*] i. e. (non *sermone*, uti B. interpretatur, sed) *introitu*, quod Gord. Append. Ulfil. illustrat. p. 57 recte vidit; gr. om. λόγῳ, Ulf. c. verss. lat.; ceterum J. St. B. ‡ *ïnnsagahtai.* — *ïs*] eius, ° gr. — *þatei* — *ïzai*] quod sic benedixit sibi, ° gr.

31 ni ogs þus mariam. bigast auk anst fram guþa. jah sai. ganimis ïn kilþein
32 jah gabairis sunu jah haitais namo ïs ïesu. sah vairþiþ mikils jah sunus hau-
33 histins haitada jah gibid ïmma frauja guþ stol daveidis attins ïs. jah þiuda-
noþ ufar garda ïakobis ïn ajukduþ jah þiudinassaus ïs ni vairþiþ andeis.
34 qaþ þan mariam du þamma aggilau. waiva sijai þata. þandei aban ni kann.
35 jah andhafjands sa aggilus qaþ du ïzai. ahma veihs atgaggiþ ana þuk jah
mahts hauhistins ufarskadveid þus. duþe ei saei gabairada veihs. haitada
36 sunus guþs. jah sai. aileisabaiþ niþjo þeina jah so ïnkilþo sunau ïn aldomin
37 seinamma jah sa menoþs saihsta ïst ïzai. sei haitada stairo. unte nist unmah-
38 teig guþa ainhun vaurde. qaþ þan mariam. sai þivi fraujins. vairþai mis bi
39 vaurda þeinamma. jah galaiþ fairra ïzai sa aggilus. usstandandei þan mariam
40 ïn þaim dagam ïddja ïn bairgahein sniumundo ïn baurg ïudins jah galaiþ
41 ïn gard zakarïins jah golida aileisabaiþ. jah varþ. sve hausida aileisabaiþ
golein marïins. lailaik barn ïn qiþau ïzos jah gafullnoda ahmins veihis ailei-
42 sabaiþ. jah ufvopida stibnai mikilai jah qaþ. þiuþido þu ïn qinom jah þiu-
43 þido akran qiþaus þeinis. jah waþro mis þata ei qemi aiþei fraujins meinis
44 at mis. sai allis. sunsei varþ stibna goleinais þeinaizos ïn ausam meinaim.

ne time tibi, Mariam, invenisti enim gratiam a deo, 31. et ecce, concipis in utero et paris filium, et voces nomen eius Iesum. 32. Hic fit magnus et filius altissimi vocatur et dat ei dominus deus sedem Davidis, patris eius. 33. Et regnat super domo Iacobi in aevum et regni eius non fit finis. 34. Dixit tum Mariam ad hunc angelum: quomodo sit hoc, quoniam maritum non nosco? 35. Et respondens hic angelus dixit ad eam: spiritus sanctus accedit super te et potentia altissimi obumbrat te, ideo ut qui nascitur sanctus, vocetur filius dei. 36. Et, ecce Elisabeth cognata tua etiam haec gravida filio in senio suo et hic mensis sextus est ei, quae vocatur sterilis, 37. quia non-est impossibile deo unum verborum. 38. Dixit autem Mariam: ecce, ancilla domini, fiat mihi secundum verbum tuum; et ivit procul ea hic angelus. 39. Exsurgens autem Mariam in his diebus ivit in regionem-montanam festinanter in urbem Iudae 40. et ivit in domum Zachariae et salutavit Elisabetham. 41. Et factum-est, ubi audivit Elisabeth salutationem Mariae, exsultavit infans in utero eius et repleta-est spiritu sancto Elisabeth 42. et exclamavit voce magna et dixit: benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus uteri tui. 43. Et unde mihi hoc, ut veniret mater domini mei ad me? 44. Ecce enim, quum-primum facta-est vox salutationis tuae in auribus meis,

1, 32. *hauhistins*] J. St. ‡ *hauhistons.* — *gibid*] J. St. + *gibiþ.*

1, 33. *ïn ajukduþ*] J. St. B. + *ïn aivins.* — *jah*] sec., J. St. B. + *ïþ.* — *andeis*] J. St. B. ‡ *andei; andeis* veram esse nominativi formam, cum nunc didicerimus e Cor. 1, 15, 24. 2, 11, 15, nec cum Z. de eius auctoritate dubitari debet, neque cum Ih. *andeis* pro genitivo amplius quisquam habebit.

1, 35. *ïzai*] J. St. B. ‡ *ïzaize.* — *duþe ei*] J. St. B. ‡ *duþeh;* ceterum Ulf. ° *καί.*

1, 36. *aileisabaiþ*] St. ‡ *aileizabaiþ.* — *ïnkilþo*] vid. ad vs. 24. — *sunau — seinamma*] J. St. B. ‡ *suna* (B. ‡ *sunu*) *ganam ... nin seinam ...* deiude lac. usque ad vs. 38 *jah galäiþ.*

1, 37. *guþa*] deo, gr. *παρὰ θεῷ.*

1, 42. *ufvopida*] St. ‡ *usvopida.*

45 lailaik þata barn ïn svigniþai ïn vambai meinai. jah audaga so galaubjandei
46 þatei vairþiþ ustauhts þize rodidane ïzai fram fraujin. jah qaþ mariam. mi-
47 kileid saivala meina fraujan jah svegneid alma meins du guþa nasjand mei-
48 namma. unte ïnsaw du hnaiveinai þiujos seinaizos. sai allis fram himma nu
49 audagjand mik alla kunja. unte gatavida mis mikilein sa mahteiga. jah veih
50. 51 namo ïs. jah armahairtei ïs ïn aldins alde þaim ogandam ïna. gatavida svin-
þein ïn arma seinamma. distahida mikilþuhtans gahugdai hairtins seinis.
52. 53 gadrausida mahteigans af stolam jah ushauhida gahnaividans. gredagans
54 gasoþida þiuþe jah gabignandans ïnsandida lausans. hleibida ïsraela þiumagu
55 seinamma gamunands armahairteins. svasve rodida du attam unsaraim abra-
56 hama jah fraiv ïs und aiv. gastoþ þan mariam miþ ïzai sve menoþs þrins
57 jah gavandida sik du garda seinamma. aileisabaiþ usfullnoda mel du bairan
58 jah gabar sunu. jah hausidedun bisitands jah ganiþjos ïzos. unte gamikilida
59 frauja armahairtein seina bi ïzai. jah miþfaginodedun ïzai. jah varþ ïn daga
ahtudin. qemun bimaitan þata barn jah haihaitun ïna afar namin attins ïs
60. 61 zakarian. jah andhafjandei so aiþei ïs qaþ. ne. ak haitaidau ïohannes. jah
qeþun du ïzai þatei ni ainshun ïst ïn kunja þeinamma. saei haitaidau þamma

exsultavit hic infans in gaudio in utero meo. 45. Et beata haec credens, quod fit perfectio horum dictorum ei a domino. 46. Et dixit Mariam: magnificat anima mea dominum 47. et exultat spiritus meus in deo, servatore meo. 48. Nam adspexit ad humilitatem ancillae suae; ecce enim ab hodierno nunc praedicant me omnia genera. 49. Nam fecit mihi magnitudinem hic potens, et sanctum nomen eius. 50. Et misericordia eius in aetates aetatum his verentibus eum. 51. Fecit fortitudinem in brachio suo, dispersit superbos cogitatione cordis sui; 52. praecipitavit potentes de sedibus et exaltavit humiles; 53. famelicos satiavit bonis et divites dimisit vacuos; 54. adiuvit Israelem, servum suum, recordans misericordiae, 55. sicut locutus-est ad patres nostros, Abrahamo et semini eius in saeculum. 56. Mansit autem Mariam cum ea circiter menses tres et convertit se ad domicilium suum. 57. Elisabethae impletum-est tempus ad pariendum et peperit filium. 58. Et audiverunt vicini et cognati eius, quia magnificavit dominus misericordiam suam de ea, et gavisi-sunt-cum ea. 59. Et factum-est in die octavo, venerunt circumcidere hunc puerum et vocarunt eum secundum nomen patris sui Zacariam. 60. Et respondens haec mater eius dixit: minime, sed vocetur Iohannes. 61. Et dixerunt ad eam, quod non unus est in cognatione tua, qui vocetur hoc

1, 54. *þiumagu*] insolentior forma dativi pro *þiumagau*, sic 7, 26 *praufetu*. 9, 26 *vulþu*. 38 *sunu*, pro *praufetau*, *vulþau*, *sunau*; cf. 1, 79 *dauþus*. Rom. 9, 23 *vulþus*. Cor. 1, 1, 12 *pavlus* (si Cast. recte edidit) pro *dauþaus*, *vulþaus*, *pavlaus*; cf. ad Mc. 7, 32. — *gamunands*] recordans, gr. omn. *μνησθῆναι*; Ulf. cum verss.

1, 55. *fraiv*] haec cod. Arg. et editt. lectio omnino falsa est; dativus *fraiva* postulatur; *fraiv* pro lectione integra habere, ut sit accusativus casus (qui etiam *abrahama* esse potest, vid. vs. 73) non permittit sensus.

1, 57. *aileisabaiþ*] Ulf. ° *δέ*.

1, 59. *daga ahtudin*] ∼ gr.; J. St. B. ‡ *ahtudim*.

62. 63 namin. gabandvidedun þan attin ïs þata waiva vildedi haitan ïna. ïþ ïs sok-
jands spilda nam jah melida qiþands. ïohannes ïst namo ïs. jah sildaleikide-
64 dun allai. usluknoda þan munþs ïs suns jah tuggo ïs jah rodida þiuþjands
65 guþ. jah varþ ana allaim agis þaim bisitandam ïna. jah ïn allai bairgahein
66 ïudaias merida vesun alla þo vaurda. jah galagidedun allai þai hausjandans
ïn hairtin seinamma qiþandans. wa skuli þata barn vairþan. jah þan handus
67 fraujins vas miþ ïmma. jah zakarias atta ïs gafullnoda ahmins veihis jah
68 praufetida jah qaþ. þiuþeigs frauja guþ ïsraelis. unte gaveisoda jah gavaurhta
69 uslausein managein seinai. jah urraisida haurn nascinais unsis ïn garda da-
70 veidis þiumagaus seinis. svasve rodida þairh munþ veihaize þize fram ana-
71 stodeinai aivis praufete seinaize. giban nascin us fijandam unsaraim jah us
72 handau allaize þize hatandane unsis. taujan armahairtiþa bi attam unsaraim
73 jah gamunan triggvos veihaizos seinaizos. aiþis þanei svor viþra abrahama
74 attan unsarana ei gebi unsis unagein us handau fijande unsaraize galausi-
75 daim skalkinon ïmma ïn sunjai jah garaihtein ïn andvairþja ïs allans dagans

---

nomine. 62. Innuerunt autem patri eius, hoc quomodo vellet vocare eum. 63. Verum is quaerens tabulam cepit et scripsit dicens: Iohannes est nomen eius; et mirati - sunt omnes. 64. Apertum - est autem os eius statim et lingua eius, et locutus - est benedicens deo. 65. Et factus - est super omnes timor hos habitantes - circum eum, et in omni regione - montana Iudaeae nuntiata fuerunt omnia haec verba. 66. Et posuerunt omnes hi audientes in corde suo dicentes, quid debeat hic puer fieri, et enim manus domini fuit cum eo. 67. Et Zacarias, pater eius, impletus - est spiritu sancto et profetavit et dixit: 68. Benedictus dominus deus Israelis, nam visitavit et fecit liberationem populi sui; 69. et erexit cornu salutis nobis in domo Davidis, servi sui, 70. sicuti locutus - est per os sanctorum horum ab initio aevi profetarum suorum: 71. dare salutem ex inimicis nostris et e manu omnium horum odientium nos; 72. facere misericordiam de patribus nostris et recordari foederis sancti sui; 73. iuramenti, quod iuravit erga Abrahamum, patrem nostrum, ut daret nobis, 74. securitate e manu inimicorum nostrorum liberatis servire ei 75. in veritate et iustitia in facie eius omnes dies

---

1, 63. *ïs*] pr. is, ° gr. omn. — *nam jah*] cepit et, ° gr. omn.

1, 64. *tuggo*] St. ‡ *tungo*.

1, 65. *ïna*] eum, gr. αὐτούς. — *bisitandam*] cod. Arg. ‡ *bisitantandam*; alterum *tan* sequentem lineam incipit.

1, 66. *wa*] Ulf. ° ἄρα. — *jah þan*] et enim, gr. καί, Ulf. c. codd. fortasse καὶ γάρ legit, vid. Cor. 2, 2, 10.

1, 67. *praufetida*] B. ‡ *praufedida*.

1, 69. *daveidis þiumagaus*] St. ‡ *deveidis þiumagans*.

1, 70. *fram anastodeinai aivis*] ab initio aevi, gr. omn. ἀπ' αἰῶνος, quod J. 9, 32 simpliciter *fram aiva* redditur.

1, 71. *giban*] dare, ° gr. omn. — *handau*] J. St. ‡ *handam*.

1, 73. *aiþis*] genitivus pendens a *gamunan*; gr. ὅρκον; cum Goth. facit Theophylact. in edit. Rom. Paris. Venet. — *abrahama*] insolens forma pro *abraham* (L. 3, 8. J. 8, 57); cf. vs. 55.

1, 75. *garaihtein*] J. St. B. Hz. + *garaihteim*.

76 unsarans. jah þu barnilo praufetus hauhistins haitaza. fauragaggis auk faura
77 andvairþja fraujins manvjan vigans ïmma du giban kunþi naseinais mana-
78 gein ïs ïn afleta fravaurhte ïze þairh ïnfeinandein armahairtein guþs unsaris.
79 ïn þammei gaveisoþ unsara urruns us hauhiþai gabairhtjan þaim ïn riqiza
jah skadau dauþus sitandam du garaihtjan fotuns unsarans ïn vig gavairþjis.
80 ïþ þata barn vohs jah svinþnoda ahmin jah vas ana auþidom und dag ustaik-
2, 1 neinais seinaizos du ïsraela. varþ þan ïn dagans jainans. urrann gagrefts
2 fram kaisara agustau gameljan allana midjungard. soh þan gilstrameleins
3 frumista varþ at visandin kindina syriais raginondin saurim kyreinaiau. jah
4 ïddjedun allai ei melidai veseina warjizuh ïn seinai baurg. urrann þan jah
ïosef us galeilaia us baurg nazaraiþ ïn ïudaian ïn baurg daveidis. sei haitada
5 beþlahaim. duþe ei vas us garda fadreinais daveidis. anameljan miþ marïin.

---

nostros. 76. Et tu, puerule, profeta altissimi vocaris; praeis enim prae facie domini parare vias ei 77. ad dandum scientiam salutis populo eius in remissione peccatorum eorum 78. per commiserantem misericordiam dei nostri, in quo visitat nos oriens ex altitudine 79. lucere his in tenebris et umbra mortis sedentibus ad dirigendum pedes nostros in viam pacis. 80. Verum hic puer crevit et corroboratus est spiritu et fuit in desertis usque diem ostensionis suae ad Israelem. 2, 1. Factum est autem in dies illos, exiit edictum a caesare Agusto, describere omnem orbem; 2. haec autem descriptio prima facta est in exsistente praeside Syriae regente Syris Cyrenaeo. 3. Et iverunt omnes, ut scripti essent quisque in sua urbe. 4. Exiit autem etiam Iosef e Galilaea, ex urbe Nazareth, in Iudaeam in urbem Davidis, quae vocatur Bethlahem, ideo quod fuit e domo familiae Davidis, 5. inscribi cum Maria,

---

1, 76. *fauragaggis*] St. ‡ *fauragangis*.

1, 78. *in þammei*] in quo, gr. omn. *ἐν οἷς* (intell. σπλάγχνοις), omnino rectius esset *ïn þizaiei*, nam proprie ad *armahairtei* referendum est.

1, 79. *dauþus*] vid. ad vs. 54.

1, 80. *dag ustaikneinais*] J. St. ‡ *dagus taikneinais*.

2, 1. *agustau*] Z. ‡ *augustau*. Errant autem, ut id h. l. moneatur, Grim. I. 46 et Bopp Vergleichende Grammatik I. p. 68 docentes Ulfilam graecam diphthongum *αυ* in nominibus propriis per *au* exprimere solere, quod enim ad probandam doctrinam producunt *augustus*, uti vidimus, falsum est; deinde *Παῦλος* non est gothice *paulus*, sed *pavlus* Cor. 2, 1, 1. Tit. 1, 1. Philem. 19, uti *Ἡσαῦ* = *esav* Rom. 9, 13 et latinum cautio = *kavtsjo* in Monument. Neapolit. Sic graecam diphthongum *εὐ* Gothi non per *aiu*, sed per *aiv* reddunt, cf. *aivaggeljo*, *aivxaristia*, *aivlaugia* (*εὐαγγέλιον*, *εὐχαριστία*, *εὐλογία*).

2, 2. *þan*] autem, ° gr. omn. — *at visandin*] J. St. Z. ‡ ict. — *syriais*] sic cod. Arg. et Z.; J. St. B. + *syrias*; cf. Cor. 1, 16, 1 (cod. B) *galatiais*. 16, 19 *asiais*. 2, 8, 1 *makidonais*. L. 4, 26 *seidonais*, cf. 8, 41 *synagogais*. Ceterum *visandin kindina syriais* est glossa ad *raginondin saurim* prius in margine scripta, deinde ab imperito librario in textum illata.

2, 3. *seinai*] sua, gr. *ἰδίαν*, quod quum Gotho *sves* reddi soleat, Ulf. h. l. c. codd. *ἑαυτοῦ* legisse suspicari aliquis potest, sed J. 7, 18. 8, 44. Rom. 14, 4. Cor. 1, 11, 21 etiam *seins* = *ἴδιος*.

2, 4. *þan*] B. ‡ *þanei*. — *galeilaia*] J. St. ‡ *galilaia*; B. ‡ ° *us galeilaia* et J. ‡ ° *us baurg nazaraiþ*. — *baurg*] sec. J. ‡ *baurh*. — *beþlahaim*] J. St. B. + *beþlaihaim*, sic quidem J. 7, 42, sed apud Luc. *beþlahaim*, vid. vs. 15. — *garda fadreinais*] domo familiae, gr. omn. *οἴκου καὶ πατριᾶς*.

6 sei ïn fragiftim vas ïmma qeins. visandein ïnkilþon. varþ þau miþþanei þo
7 vesun jainar. usfullnodedun dagos du bairan ïzai. jah gabar sunu seinana þana
frumabaur jah bivand ïna jah galagida ïna ïn uzetin. unte ni vas ïm rumis
8 ïn stada þamma. jah hairdjos vesun ïn þamma samin landa þairhvakandans
9 jah vitandans vahtvom nahts ufaro hairdai seinai. ïþ aggilus fraujins anaqam
10 ïns jah vulþus fraujins biskain ïns. jah ohtedun agisa mikilamma. jah qaþ
du ïm sa aggilus. ni ogeiþ. unte sai. spillo ïzvis faheid mikila. sei vairþiþ
11 allai managein. þatei gabaurans ïst ïzvis himma daga nasjands. saei ïst xristus
12 frauja ïn baurg daveidis. jah þata ïzvis taikns. bigitid barn bivundan jah ga-
13 lagid ïn uzetin. jah anaks varþ miþ þamma aggilau managei harjis himina-
14 kundis hazjandane guþ jah qiþandane. vulþus ïn hauhistjam guþa jah ana
15 airþai gavairþi ïn mannam godis viljins. jah varþ biþe galiþun fairra ïm ïn himin
þai aggiljus. jah þai mans þai hairdjos qeþun du sis misso. þairhgaggaima ju und
beþlahaim jah saiwaima vaurd þata vaurþano. þatei frauja gakannida unsis.
16 jah qemun sniumjandans jah bigetun marian jah ïosef jah þata barn ligando
17 ïn uzetin. gasaiwandans þan gakannidedun bi þata vaurd. þatei rodiþ vas du

---

quae in sponsionibus fuit ei mulier, exsistente gravida. 6. Factum - est autem, dum hi fuerunt illic, impleti - sunt dies ad pariendum ei. 7. Et peperit filium suum hunc primogenitum et obvolvit eum et posuit eum in praesepio, quia non fuit iis spatium in loco hoc. 8. Et pastores fuerunt in hac ipsa regione pervigilantes et custodientes vigilias noctis super gregem suum. 9. Verum angelus domini supervenit eos et splendor domini circumfulsit eos et timuerunt timore magno. 10. Et dixit ad eos hic angelus: ne timete, nam ecce, narro vobis laetitiam magnam, quae fit omni populo, 11. quod natus est vobis hodierno die salvator, qui est Christus, dominus in urbe Davidis. 12. Et hoc vobis signum: invenitis infantem involutum et positum in praesepio. 13. Et subito facta - est cum hoc angelo turba agminis coelestis laudantium deum et dicentium: 14. gloria in altissimis deo et in terra pax in hominibus bonae voluntatis. 15. Et factum - est, quum irent procul iis in coelum hi angeli, et hi homines hi pastores dixerunt ad se invicem: pergamus iam usque Bethlahem et videamus verbum hoc factum, quod dominus ostendit nobis. 16. Et venerunt properantes et invenerunt Mariam et Iosef et hunc infantem iacentem in praesepio. 17. Videntes autem ostenderunt de hoc verbo, quod dictum fuit ad

---

2, 5. *ïnkilþon*] vid. ad 1, 24.

2, 6. *þo vesun*] ∾ gr. omn.

2, 7. *seinana — frumabaur*] J. St. ‡ *seinama — frumabauri.* — *ïm*] St. ‡ *ïn.* — *þamma*] hoc, ° gr. omn.

2, 8. *þamma samin*] gr. omn. post *landa.*

2, 9. *ïþ*] Ulf. c. codd. et verss. ° ἰδού.

2, 11. *gabaurans*] Z. ‡ *gabauran.*

2, 12. *jah*] sec. et, ° gr.

2, 13. *aggilau*] J. ‡ *aggilu,* sic etiam vs. 21.

2, 14. *godis viljins*] bonae voluntatis, gr. εὐδοκία.

2, 15. *vaurþano*] St. ‡ *vaurþand.*

2, 16. *sniumjandans*] St. ‡ *snumjandans.* — *bigetun*] Ulf. ° τε; ea vocula, J. 6, 18 per *ïþ* reddita, saepius etiam in epistolis omittitur, vid. Rom. 7, 7. 10, 12. Cor. 1, 1, 24. Eph. 3, 19.

2, 17. *gakannidedun*] J. St. ‡ *gakannadedun.*

18 ïm bi þata barn. jah allai þai gahausjandans sildaleikidedun bi þo rodidona
19 fram þaim hairdjam du ïm. ïþ maria alla gafastaida þo vaurda þagkjandei
20 ïn hairtin seinamma. jah gavandidedun sis þai hairdjos mikiljandans jah haz-
jandans guþ ïn allaize. þizeei gahausidedun jah gasewun. svasve rodiþ vas
21 du ïm. jah biþe usfulnodedun dagos ahtau du bimaitan ïna. jah haitan vas
namo ïs ïesus. þata qiþano fram aggilau faurþizei ganumans vesi ïn vamba.
22 jah biþe usfulnodedun dagos hraineinais ïze bi vitoda mosezis. brahtedun ïna
23 ïn ïairusalem atsatjan faura fraujin. svasve gamelid ïst ïn vitoda fraujins.
24 þatei wazuh gumakundaize uslukands qiþu veihs fraujins haitada. jah ei
gebeina fram ïmma hunsl. svasve qiþan ïst ïn vitoda fraujins. gajuk hraiva-
25 dubono aiþþau tvos juggons ahake. þaruh vas manna ïn ïairusalem. þizei
namo symaion. jah sa manna vas garaihts jah gudafaurhts beidands laþonais
26 ïsraelis. jah ahma veihs vas ana ïmma. jah vas ïmma gataihan fram ahmin
27 þamma veihin ni saiwan dauþu. faurþize sewi xristu fraujins. jah qam ïn

---

eos de hoc infante. 18. Et omnes hi audientes mirati-sunt de his dictis ab his pastoribus ad eos; 19. verum Maria omnia conservavit haec verba cogitans in corde suo. 20. Et converterunt se hi pastores glorificantes et laudantes deum ob omnia, quae audiverunt et viderunt, sicut dictum fuit ad eos. 21. Et quum implerentur dies octo ad circumcidendum eum, et vocatum fuit nomen eius Iesus, hoc dictum ab angelo, antequam conceptus esset in uterum. 22. Et quum implerentur dies purificationis eorum secundum legem Mosis, tulerunt eum in Ierusalem, apponere coram domino, 23. sicut scriptum est in lege domini, quod quisque masculorum aperiens uterum sacer domini vocatur, 24. et ut darent de eo sacrificium, sicut dictum est in lege domini, par turturum aut duos pullos columbarum. 25. Tunc fuit homo in Ierusalem, cuius nomen Symeon, et hic homo fuit iustus et pius, exspectans consolationem Israelis, et spiritus sanctus fuit super eo. 26. Et fuit ei nuntiatum a spiritu hoc sancto, non videre mortem, priusquam videret Christum domini. 27. Et venit in

---

2, 18. *hairdjam*] J. St. B. ‡ *hairdjan.*

2, 20. *hairdjos*] J. St. B. ‡ *hairdjonds.* — *þizeei*] J. St. B. ‡ *þoeei;* ad probandam cod. Arg. lectionem Ih. non ita recte eos ex Ioh. citat locos, in quibus *hausjan* significat nostrum *anhören* (orationem, verba, doctrinam), nam h. l. genitivus *þizeei* non ab *hausjan* pendet, sed esse ex usu attractionis figurae positum, docebit comparatio gr.

9, 18. *jai*] profecto, ° gr. omn.

9, 19. *mis nu*] ∾ gr. — *aþþan*] at, ° gr. omn.

9, 21. *kasja valdufni*] ∾ gr. omn. — *kasa*] Cast., nescimus qua causa in eum errorem ductus, pro plurali habet, quum sit dativus singularis a *du* pendens.

9, 22. *mahteigo*] Goth. ° *αὐτοῦ*. — *usbeidands*] ferens, gr. omn. *ἤνεγκεν*.

9, 23. init. Goth. c. codd. ° *καί*. — *vulþus*] pro *vulþaus*, vid. ad L. 1, 54.

26 nagein meina jah þo umliubona liubona. jah vairþiþ. ïn þamma stada þarei
27 qiþada ïm. ni managei meina jus þai haitanda sunjus guþs libandins. ïþ
esaïas gretciþ bi ïsrael. jabai vesi raþjo sunive ïsraelis svasve malma ma-
28 reins. laibos ganisand. vaurd auk ustiuhands jah gamaurgjands ïn garaihtein.
29 unte vaurd gamaurgiþ taujiþ frauja ana airþai. jah svasve fauraqaþ esaïas.
nih frauja sabaoþ biliþi unsis fraiva. sve saudauma þau vaurþeima jah sve
30 gaumaurra þau galeikai vaurþeima. wa nu qiþam. þatei þiudos þos ni laist-
jandeins garaihtein gafaifahun garaihtein aþþan garaihtein þo us galaubeinai.
31. 32 ïþ ïsrael laistjands vitoþ garaihteins bi vitoþ garaihteins ni gasnau. duwe.
unte ni us galaubeinai ak us vaurstvam vitodis. bistuggqun du staina bistugg-
33 qis. svasve gameliþ ïst. sai. galagja ïn sion stain bistuggqis jah hallu gamar-
10, 1 zeinais jah sa laubjands du ïmma ni gaaiviskoda. broþrjus. sa raihtis vilja

pulum meum et hunc non-dilectum dilectum; 26. et fit: in hoc loco, ubi dictum-est iis, non populus meus vos, hi vocantur filii dei viventis. 27. Verum Esaias clamat de Israel: si esset numerus filiorum Israelis, sicut arena maris, reliquiae servantur. 28. Verbum enim perficiens et abbrevians in aequitate, nam verbum abbreviatum facit dominus in terra; 29. et sicut praedixit Esaias: nisi dominus Sabaoth relinqueret nobis semen, ut Sodoma fortasse fieremus et ut Gomorra fortasse similes fieremus. 30. Quid igitur dicimus? quod pagani hi non sequentes iustitiam apprehenderunt iustitiam, at iustitiam hanc ex fide; 31. verum Israel sequens legem iustitiae ad legem iustitiae non pervenit. 32. Cur? quia non ex fide, sed ex operibus legis; offenderunt ad lapidem offensionis, 33. sicut scriptum est: ecce, pono in Sion lapidem offensionis et saxum sollicitationis, et hic credens ad eum non confunditur. 10, 1. Fratres, haec quidem voluntas

9, 26. *þai*] hi (sic cod. A), gr. ἐκεῖ, quod etiam ii habent, qui *αὐτοί* legunt.

9, 29. *nih*] cod. A et Cast. ‡ *niu;* graeco εἰ μή respondet *nih*, quod edidimus, ad quod probandum exempla proferre nos taedet; *niu* autem interrogationi inservire item constat, quam h. l. sensus non admittit. — *fraiva*] Cast. pro *fraiv* scriptum esse opinatur, sed recte habet codicis A lectio, nam *bileiþan* etiam casum tertium regit, vid. Mc. 12, 19. J. 8, 29.

9, 30. *wa*] cod. A et Cast. ‡ *wo*, quod quum femininum sit, locum non habet, et si formam solam spectantes *wo* neutrum pluralis numeri esse concedere vellemus, h. l. nec per sensum liceret, nec per graecum textum. — *galaubeinai*] Cast. ‡ *galaubein*, in cod. A solummodo *galaubei* legitur; quod nos edidimus, id ratio *us* praepositionis postulat. Idem error insidet Col. 2, 23 codici B, ubi *unfreidei* pro *unfreideinai* (sic recte cod. A) scribitur; cf. ad L. 18, 11.

9, 32. *ak*] Goth. c. cod. k ap. Mi ° ὡς. — *bistuggqun*] Goth. c. codd. ° γάρ.

9, 33. *galagja*] sic cod. A; Cast. ‡ *galatja*. — *jah*] sec., Goth. c. codd. ° πᾶς. — *laubjands*] sic cod. A et Cast.; Mssm., quem et verbum simplex *laubjan* (quod *galaubjan* semper esse solet) et infra mirabilis compositio *garaihtis* (quod Cast. antea pro *sa raihtis* ediderat) offendit, illo falso *ga* a *raihtis* demto et ante *laubjands* posito, lectionem effecit hanc: *galaubjands du ïmma — broþrjus raihtis*. Etiamsi negari non potest, illam coniecturam permultam mereri laudem, nam *raihtis* interdum primo enuntiati loco ponitur (vid. infra ad 10, 18), tamen, quum *sa raihtis* in cod. A diserte legatur, (de articulo autem vid. ad 6, 23) nec desint loci, ubi simplicia pro verbis vulgo cum *ga* compositis inveniantur (sic *siultan*, *bindan*, *dauþjan*, *dauþnan*, *filhan*, *hrainjan*, *bairhtjan*, cf. *bairan*, *levjan* all.), lectionem codicis A intactam reliquimus.

10, 1. *sa raihtis*] sic cod. A; Cast. ‡ *garaihtis*, vid. ad 9, 33.

2 meinis hairtins jah bida du guþa bi ïns du naseinai. veitvodja auk ïm þatei
3 aljan guþs haband akei ni bi kunþja. unkunnandans auk guþs garaihtein jah
4 seina garaihtein sokjandans stiurjan garaihtein guþs ni ufhausidedun. ustauhts
5 auk vitodis xristus du garaihtein allaim þaim galaubjandam. moses auk me-
6 leiþ þo garaihtein us vitoda þatei sa taujands þo manna libaiþ ïn ïzai. ïþ so
us galaubeinai garaihtei sva qiþiþ. ni qiþais ïn hairtin þeinamma. was usstei-
7 giþ ïn himin. þat-ïst xristu dalaþ attiuhan. aiþþau was gasteigiþ ïn afgrun-
8 diþa. þat-ïst xristu us dauþaim ïup ustiuhan. akei wa qiþiþ. newa þus þata
vaurd ïst ïn munþa þeinamma jah ïn hairtin þeinamma. þat-ïst vaurd galau-
9 beinais. þatei merjam. þei jabai andhaitis ïn munþa þeinamma fraujan ïesu
jah galaubeis ïn hairtin þeinamma þatei guþ ïna urraisida us dauþaim. gani-
10 sis. hairto auk galaubeiþ du garaihtiþai. ïþ munþa andhaitada du ganistai.
11. 12 qiþiþ auk þata gameliþ. wazuh sa galaubjands du ïmma ni gaaiviskoda. ni
auk ïst gaskaideins ïudaiaus jah krekis. sama auk frauja allaize gabigs ïn
13 allans þans bidjandans sik. wazuh auk saei anahaitiþ bidai namo fraujins
14 ganisiþ. waiva nu bidjand þammei ni galaubidedun. aiþþau waiva galaubjand

---

mei cordis et precatio ad deum de iis ad salutem. 2. Testor enim iis, quod aemulationem dei habent, sed non secundum scientiam; 3. ignorantes enim dei iustitiam et suam iustitiam quaerentes statuere iustitiae dei non paruerunt. 4. Perfectio enim legis, Christus, ad iustitiam omnibus his credentibus. 5. Moses enim scribit hanc iustitiam ex lege, quod hic faciens hanc homo vivit in ea, 6. verum haec ex fide iustitia sic dicit: ne dicas in corde tuo: quis escendit in coelum, hoc-est Christum deorsum adducere; 7. aut quis descendit in abyssum, hoc-est Christum e mortuis sursum educere. 8. Sed quid dicit? prope te hoc verbum est in ore tuo et in corde tuo, hoc-est, verbum fidei, quod praedicamus. 9. Quod si confiteris in ore tuo dominum Iesum et credis in corde tuo, quod deus eum suscitavit e mortuis, servaris. 10. Cor enim credit ad iustitiam, verum ore consentitur ad salutem. 11. Dicit enim hoc scriptum: quisque hic credens ad eum non confunditur; 12. non enim est distinctio Iudaei et Graeci, idem enim dominus omnium dives in omnes hos precantes se. 13. Quisque enim qui confitetur precatione nomen domini, servatur. 14. Quomodo igitur precantur, cui non crediderunt? aut quomodo credunt,

---

10, 5. *ïzai*] ea, gr. *αὐτοῖς*.

10, 7. *ïup*] cod. A in margine ...*rjo*, cuius verbi hae sint reliquiae, nescimus; hoc autem scimus, adverbii *ufarjo*, quod Cast. videtur, esse non posse, quia quod ille vult, *ufaro* scribitur.

10, 8. *galaubeinais*] Cast. ‡ *gllaubeinais*.

10, 9. *ïesu*] cod. A ‡ *ui* pro *iu*. — *urraisida us*] Cast. c. cod. A ‡ *urraisi*; propter *dau* syllabam sequentem, *da us*, quod deest, librarii incuria facile poterat excidere. — *ganisis*] sic cod. A; Cast. ‡ *ganisi*.

10, 10. *hairto — galaubeiþ*] cor — credit, gr. omn. *καρδίᾳ — πιστεύεται*. — *garaihtiþai*] cod. A et Cast. ‡ *garaihtiþa*.

10, 12. *ïudaiaus*] Goth. ° *τε*, vid. ad L. 2, 16. — *krekis*] sic cod. A; Cast. ‡ *krekos*.

10, 13. *bidai*] precatione, ° gr. omn.

15 þammei ni hausidedun. ïþ waiva hausjand ïnu merjandan. ïþ waiva merjand niba
ïnsandjanda. svasve gameliþ ïst. waiva skaunjai fotjus þize spillondane gavairþi
16 þize spillondane þiuþ. akei ni allai ufhausidedun aivaggeljon. esaïas auk qiþiþ.
17 frauja. was galaubida hauseinai unsarai. þannu galaubeins us gahauseinai. ïþ ga-
18 hauseins þairh vaurd xristaus. akei qiþa. ïbai ni hausidedun. raihtis and alla airþa
19 galaiþ drunjus ïze jah and andjans midjungardis vaurda ïze. akei qiþa. ïbai
ïsrael ni fanþ. frumist moses qiþiþ. ïk ïn aljana ïzvis brigga. ïnuh þiudom ïn
20 þiuda unfraþjandein ïn þvairhein ïzvis brigga. ïþ esaïas ananauþeiþ jah qiþiþ.
þigitans varþ miþ þaim mik ni gasokjandam. svikunþs varþ þaim mik ni
21 gafraihnandam. ïþ du ïsraela qiþiþ. allana dag usbraidida handuns meinos du
11, 1 managein ungalaubjandein jah andstandandein. qiþa nu. ïbai afskauf guþ ma-
11 nagein seinamma. nis-sijai. jah auk ïk ïsraeleites ïm — — ei gadruseina.
nis-sijai. ak þizai ïze missadedai varþ ganists þiudom du ïn aljana briggan
12 ïns. aþþan jabai missadeds ïze gabei fairwau jah vanains ïze gabei þiudom.

---

quem non audiverunt; verum quomodo audiunt sine praedicante; 15. verum quomodo praedicant, nisi mittuntur? Sicut scriptum est: quomodo formosi pedes horum nuntiantium pacem, horum nuntiantium bonum? 16. Sed non omnes obediverunt evangelio; Esaias enim dicit: domine, quis credidit auditui nostro? 17. Utique fides ex auditu, verum auditus per verbum Christi. 18. Sed dico: num non audiverunt, quidem per totam terram ivit sonus eorum et per fines orbis-terrarum verba eorum. 19. Sed dico: num Israel non cognovit? Primum Moses dicit: ego in aemulationem vos duco, sine gentibus in gentem insipientem, in iram vos duco; 20. verum Esaias audet et dicit: inventus fui cum his me non quaerentibus, cognitus fui his me non interrogantibus. 21. Verum ad Israelem dicit: omnem diem expandi manus meas ad populum non-credentem et adversantem. 11, 1. Dico nunc: num depulit deus populum suum? Ne-sit! Et enim ego Israelitus sum — 11. — ut caderent? Ne-sit! sed hac eorum improbitate facta-est salus gentibus ad in aemulationem ducendum eos. 12. At si improbitas eorum divitiae mundo et defectus eorum divitiae gentibus:

---

10, 14. *ïnu*] Cast. c. cod. A ‡ *ïna*.

10, 17. *þannu*] Cast. ‡ *þau nu* (aut nunc), vid. ad 7, 3. — *xristaus*] Christi, gr. *θεοῦ*.

10, 18. *raihtis*] notanda est particula sede insolita posita; de *auk* particula, interdum idem passa, vid. ad J. 9, 30. — *andjans*] Cast. ‡ *andeis*, cod. A denuo inspectus *andisus* (?) praebere Castillionaeo visus est, sed in hac plagulae parte literas ita obliteratas esse dicit, ut quid vere legatur, certo dici non possit; itaque nos dedimus, quod constructio *and* praepositionis et graecus textus (*τὰ πέρατα*) postulat.

10, 19. *ïnuh*] sine, haec codicis A lectio sine dubio falsa est, nam non solum accusativus post *ïnuh* poni debebat, sed etiam ne sic quidem sensus tolerabilis efficitur; igitur graeci textus vestigiis nobis insistentibus *ïn ni* scriptum fuisse et rescribendum esse videtur.

10, 20. *miþ*] cum, ° gr., Goth. concinit cum iis, qui *ἐν* habent, cf. J. 12, 35.

11, 1. *seinamma*] soloece pro *seinai*, vid. ad Neh. 6, 16.

11, 11. *gadruseina*] sic cod. A; Cast. ‡ *gadruseinai*. — *missadedai*] cod. A et Cast. ‡ *missadeda*. — *varþ*] facta est, ° gr. omn. — *du*] cum *briggan* coniungendum est, sic *du* diremtum ab infinitivo suo interpositis aliis verbis, quae ad eius regnum pertinent, Philipp. 4, 10 *du faur mik fraþjan*. Skeir. 40, 14 *du garehsn daupeinais andniman*, cf. ad L. 19, 7.

13 wan mais fullo ïze. ïzvis auk qiþa þaim þiudom. sva lagga sve ïk ïm þiudo
14 apaustaulus. andbahti mein mikilja. ei waiva ïn aljana brigga leik mein jah
15 ganasjau sumans us ïm. jabai auk usvaurpa ïze gabei fairwaus. was anda-
16 numts nibai libains us dauþaim. þandei ufarskafts veiha jah daigs jah jabai
17 vaurts veiha jah astos. jah jabai sumai þize aste usbruknodedun. ïþ þu vil-
þeis alevabagms visands ïntrusgiþs varst ïn ïns jah gamains þizai vaurtsai
18 jah smairþra alevabagmis vast. ni wop ana þans astans. ïþ jabai wopis. ni
19 þu þo vaurts bairis ak so vaurts bairiþ þuk. qiþais nu. usbruknodedun astos
20 ei ïk ïntrusgjaidau. vaila. ungalaubeinai usbruknodedun. ïþ þu galaubeinai
21 gastost. ni hugei hauhaba ak ogs. þandei guþ þans us gabaurþai astans ni
22 freidida. ïhai aufto ni þuk freidjai. sai nu selein jah wassein garaihta guþs.
aþþan ana þaim þaiei gadrusun wassein. ïþ ana þus selein. jabai þairhvisis
23 ïn selein. aþþan jah þu usmaitaza. jah jainai niba gatulgjand sik ïn ungalau-
24 beinai. ïntrusgjanda. mahteigs auk ïst guþ aftra ïntrusgjan ïns. jabai auk þu

---

quanto magis plenitudo eorum? 13. Vobis enim dico, his gentibus: tam diu quam ego sum gentium apostolus, munus meum glorifico, si quomodo in aemulationem duco carnem meam et servem quosdam ex iis. 15. Si enim emissio eorum divitiae mundi, quae assumtio, nisi vita e mortuis? 16. Si delibatio sancta et massa et si radix sancta et rami, 17. et si quidam horum ramorum effracti - sunt; verum tu, agrestis olea exsistens, insertus fuisti in eos et socius huic radici et pinguedini oleae fuisti; 19. ne gloriare de his ramis, verum si gloriaris, non tu hanc radicem portas, sed haec radix portat te. 19. Dicas igitur: effracti - sunt rami, ut ego inserar. 20. Bene; incredulitate effracti - sunt, verum tu fide stetisti. Ne sape alte, sed time! 21. Si deus his ex natu ramis non pepercit, ne fortasse non tibi parcat. 22. Ecce igitur bonitatem et severitatem iustam dei; at in hos, qui ceciderunt, severitatem, verum in te bonitatem, si permanes in bonitate; alioquin etiam tu excideris, 23. et illi, nisi confirmant se in incredulitate, inseruntur, potens enim est deus iterum inserere eos. 24. Si enim tu

---

11, 13. *sve*] Goth. c. codd. ° *μέν*. — *ïk ïm*] ∼ gr.

11, 14. *leik mein*] ∼ gr.

11, 16. *þandei*] vid. ad vs. 21.

11, 17. *vaurtsai*] Cast. ‡ *vaurtsa*, cod. A (uti Cast. eo denuo inspecto dicit) ‡ *vaurhtsa*; ex hac falsa lectione codicis saltem id lucramur, ut *s* nominativi radicalem esse literam, certo sciamus, et Cast. ad vs. 18 adnotantem *vaurts* accusativum pro *vaurt* falso scriptum esse, erravisse nunc apparet. *vaurteis* pluralis (vid. ad Mc. 4, 6) illud *s* emittit.

11, 18. *astans*] cod. A et Cast. ‡ *anstans*. — *bairiþ*] sic cod. A; Cast. ‡ *bairaiþ*; ceterum ° gr. omn.

11, 19. *astos*] hanc vocem, quia in cod. A literae omnes omnino evanuerunt, Cast. de coniectura dedit.

11, 20. *gastost*] sic cod. A; Cast. ‡ *gastos*.

11, 21. *þandei*] = *εἰ γάρ*, sic pro *εἰ δέ* supra vs. 16. Gal. 4, 7 et fortasse J. 8, 46. — *þuk*] sic recte cod. A; Cast. ‡ *þus*.

11, 22. *garaihta*] iustum, ° gr. omn. — *aþþan*] sic cod. A et Cast., quod falsum nobis esse videtur, quia sensum perturbat, nam non ea significatione h. l. ponitur, qua L. 6, 24 cf. 19, 17, ubi = *πλήν*, quo simpliciter transitum ad sequentia paratur; sed nunc requiritur particula, quae graeco *ἐπεί* (alioquin, *sonst, wo nicht*) respondeat; haec autem est *aiþþau*, vid. Cor. 1, 15, 29. cf. 7, 14.

11, 23. *jainai*] Goth. ° *δέ*.

us vistai usmaitans þis vilþeis alevabagmis jah aljakuns visands ïntrusgans
varst ïn godana alevabagm. wan filu mais þai bi vistai ïntrusgjanda ïn sve-
25 sana alevabagm. ni auk viljau ïzvis. broþrjus. þizos runos. ei ni sijaiþ ïn
ïzvis silbam frodai. unte daubei sumata ïsraela varþ. und þatei fullo þiudo
26 ïnngaleiþai. jah sva allai ïsrael ganisand. svasve gameliþ ïst. urrinniþ us sion
27 sa lausjands du afvandjan afgudein af ïakoba. jah so ïm fram mis triggva
28 þan afnima fravaurhtins ïze. aþþan bi aivaggeljon fijandans ïn ïzvara. ïþ bi
29 gavaleinai liubai ana attans. ïnu ïdreiga sind auk gibos jah laþons guþs.
30 svasve raihtis jus suman ni galaubideduþ guþa ïþ nu gaarmaidai vaurþuþ
31 þizai ïze ungalaubeinai. sva jah þai nu ni galaubidedum ïzvarai armaion ei
32 jah eis gaarmaindau. galauk auk guþ allans ïn ungalaubeinai. ei allans ga-
33 armai. diupiþa gabeins handugeins jah vitubnjis guþs. waiva unusspilloda
34 sind stauos ïs jah unbilaistidai vigos ïs. was auk ufkunþa fraþi fraujins

---

a natura excisus huius agrestis oleae et alienus exsistens insertus fuisti in bonam oleam, quam multo magis hi secundum naturam inseruntur in propriam oleam? 25. Non enim volo vos, fratres, (ignaros) huius mysterii, ut non sitis in vobis ipsis sapientes, nam caecitas ex - parte Israeli facta - est, usque quod plenitudo gentium intret, 26. et sic omnes Israel servantur, sicut scriptum est: oritur e Sion hic liberans ad avertendum impietatem ab Iacobo. 27. Et hoc iis a me testamentum: quum aufero peccata eorum. 28. At secundum evangelium inimici propter vos, verum secundum electionem cari in patres. 29. Sine poenitentia sunt enim dona et vocatio dei. 30. Sicut enim vos aliquando non credidistis deo, verum nunc misericordiae - participes facti - estis hac eorum incredulitate; 31. sic etiam hi nunc non crediderunt vestrae misericordiae, ut etiam ii misericordiam - consequantur, 32. conclusit enim deus omnes in incredulitate, ut omnium misereatur. 33. Profunditas divitiarum sapientiae et scientiae dei! quomodo ineffabilia sunt iudicia eius et investigabiles viae eius! 34. Quis enim cognovit sensum domini,

---

11, 24. ***us vistai — alevabagmis***] e natura — oleae, gr. omn. ἐκ τῆς κατὰ φύσιν — ἀγριελαίου. Ceterum notanda est *ïntrusgans* insolita forma participii passivi pro *ïntrusgiþs;* sic geminae formae verbi *gaggan* inveniuntur *gaggiþs* M. 3, 11 et *gagguns* Mc. 7, 30. — *godana*] sic cod. A uti speramus, nam Cast. dignoscere non amplius poterat, ipse autem dedit ‡ *gudana*.

11, 25. *ïzvis*] librarii errore verbum omissum est, quo graecum ἀγνοεῖν redditum erat; id *unveisans* esse Cast. e Cor. 2, 1, 8 et Thess. 1, 4, 13 recte vidit. — *sumata*] = ἀπὸ μέρους, id aliis locis *bi sumata* esse solet, vid. Cor. 2, 1, 14. 2, 5.

11, 26. ***du afvandjan***] ad avertendum, gr. *καὶ ἀποστρέψει.* — ***afgudein***] impietatem, gr. omn. ἀσεβείας, plurali numero.

11, 29. *sind*] sunt, ° gr. omn.

11, 30. *raihtis*] Goth. c. codd. ° *καί.*

11, 33. init. Goth. ° ὦ, cf. ad L. 6, 20. — *gabeins*] Goth. c. codd. ° *καί.* — *handugeins*] post hoc verbum, ubi cod. Ambr. desinit, incipit fragmentum primum codicis Carol., quod usque ad 12, 5 pertinet. — *unusspilloda*] Ih. Ulfil. illust. p. 105 coniecit *unusspillodos*, quae coniectura, quum saepius fiat, ut genus adiectivi substantivo non aptum sit (vid. ad Neh. 6, 16), nobis non necessaria esse videtur. Aliud autem est, quod diligentis lectoris animum advertat: quum enim *usspillon* verbum graeco *κρούσειν* vel *διηγεῖσθαι* respondeat, eamque ob rem Cor. 2, 9, 15 *unusspilloþs* pro *ἀνεκδιήγητος*

35 aiþþau was ïmma ragineis vas. aiþþau was ïmma fruma gaf jah fragildaidau
36 ïmma. unte us ïmma jah þairh ïna jah ïn ïmma alla. ïmmuh vulþus du ai-
12, 1 vam amen. bidja nu ïzvis. broþrjus. þairh bleiþein guþs usgiban leika ïzvara
saud qivana veihana vaila galeikaidana guþa andaþahtana blotinassu ïzva-
2 rana. ni galeikoþ ïzvis þamma aiva *ak ïnmaidjaiþ* ananiujiþai fraþjis ïzva-
ris du gakiusan. wa sijai vilja guþs. þatei goþ jah galeikaiþ jah ustauhan.
3 qiþa auk þairh anst guþs. sei gibana ïst mis. allaim visandam ïn ïzvis ni
mais fraþjan þau skuli fraþjan ak fraþjan du vaila fraþjan. warjammeh sva-
4 sve guþ gadailida mitaþ galaubeinais. svasve raihtis ïn ainamma leika liþuns
5 managans habam. þaiþ-þan liþjus allai ni þata samo tauï habaud. sva managai

aut quis ei consiliarius fuit, 35. aut quis ei primus dedit et retribuatur ei? 36. Nam ex eo et per eum et in eo omnia; ei gloria in saecula, amen. 12, 1. Rogo nunc vos, fratres, per misericordiam dei, exhibere corpora vestra hostiam viventem, sanctam, bene placentem deo, rationabilem cultum vestrum. 2. Ne conformate vos huic seculo, sed reformamini novitate sensus vestri ad probandum, quid sit voluntas dei, quod bonum et placens et perfectum. 3. Dico enim per gratiam dei, quae data est mihi, omnibus exsistentibus in vobis, non magis sapere, quam oporteret sapere, sed sapere ad bene sapiendum; cuique sicut deus impertivit mensuram fidei. 4. Sicut enim in uno corpore membra multa habemus, haec autem membra omnia non hoc idem opus habent; 5. sic multi

recte dictum sit, nostro loco, ubi gr. omn. *ἀνεξεραύνητος* habent, Goth. graecum verbum non probe intellexisse et cum quodam ab *εἴρειν* radice ducto confudisse videtur: Griesb. igitur adnotat, Goth. *ᾄῤῥητα* legisse. — *sind*] sunt, ° gr. omn.

11, 34. *ïmma*] ei, gr. *αὐτοῦ*, omnes autem post *ragineis*.

11, 35. *ïmma*] gr. omn. post *gaf*. — *fruma gaf*] sic cod. Carol.; edidit ‡ *frumozo fragaf*; perspicue *fruma..f* leguntur, et intenta oculorum acie etiam literae *ga* cognoscuntur.

11, 36. *unte*] sic cod. Carol.; Kn. Ih. ‡ *uste*.

12, 1. *blotinassu*] Ih. p. 102 ‡ *bloti. nassu*.

12, 2. init. Goth. c. codd. ° *καί*. — *ak ïnmaidjaiþ ananiujiþai*] in codice Carol., quia membranae superior pars mutilata est, desideratur unus versus ea verba continens, quibus Goth. graeca *ἀλλὰ μεταμορφοῦσθε* expressit, et de quibus nihil superest, nisi þ in initio proximi versus positum, quod editores non curantes illud þ cum sequentibus coniunxerunt et ‡... *þana niujiþai* scripserunt; Ih. solus p. 107 suspicatur, þ ab *ana* esse separandum. Quod dedimus, eo codicis lacunam recte explevisse nos speramus; per *ïnmaidjan* enim graecum *μεταμορφοῦν* Ulf. etiam Mc. 9, 2 reddit, et pro medio aut passivo graeco Goth. activo, omisso *sik*, saepissime utitur (de multis locis vid. infra 12, 9 *haftjan*), cuius pronominis omissio h. l. eo facilior erat, quia *ïzvis* proxime praecessit. Sed quibus nostra ratio parum placuerit, ii cum Z. p. 270 *ïnmaididai vairþaiþ* legant. Deinde *niujiþa* est *καινότης*, *καίνωσις*, sed *ἀνακαίνωσις* reddi debet per *ananiujiþa*, cf. Cor. 2, 4, 16. Col. 3, 10. Eph. 4, 23, ubi *ananiujan* = *ἀνακαινοῦν* et *ἀνανεοῦν*. — *fraþjis*] cod. Carol. et edidit. ‡ *framaþjis*, rectam lectionem iam Ih. p. 111 invenit. — *gakiusan*] Goth. c. cod. 18 ap. Mi. ° *ὑμᾶς*. — *sijai*] sit, ° gr. omn. — *þatei*] quod, scil. *ïst* (est), quo gr. *τό* redditur; hanc verbi substantivi ellipsin in his articuli graeci circumscriptionibus saepius repetitam invenies, vid. Eph. 4, 6 *ains atta allaize saei ïn allaim uns* (*εἷς πατὴρ πάντων ὁ ἐν πᾶσιν ἡμῖν*). 2, 17. L. 17, 31; monnimus autem id, ne quis cum Griesb. opinetur, Goth. c. verss. *quod* (?) addere.

12, 3. *guþs*] dei, ° gr. — *vaila fraþjan*] Ih. Z. Cast. ‡ ict.

12, 4. *þaiþ-þan*] Kn. Cast. ‡ ict. Ih. temere improbans codicis lectionem coni. *þaih þan*, vid. ad M. 5, 37. — *tauï haband*] ∾ gr. omn.

8 ain leik sijum ïn xristau. aþþan ainwarjizuh anþar — — sa dailjands ïn
9 allsverein sa faurastandands ïn usdaudein sa armands ïn hlasein. friaþva un-
10 liuta. fiandans ubila. haftjandans godamma. broþralubon ïn ïzvis misso
11 friaþvamildai. sveriþai ïzvis misso faurarahnjandans. usdaudein ni latai. ah-
12 min vulandans. fraujin skalkinondans. venai faginondans. aglons usþulandans.
13 bidai haftjandans. andaviznim veihaize gamainjandans. gastigodein galaistjan-
14. 15 dans. þiuþjaiþ þans vrikandans ïzvis. þiuþjaiþ jah ni unþiuþjaiþ. faginon miþ
16 faginondam. gretan miþ gretandam. þata samo ïn ïzvis misso fraþjandans. ni
hauhiþa fraþjandans ak lnaivam miþgavisandans. ni vairþaiþ ïnahai bi ïzvis
17 silbam. ni ainummehun ubil und ubilamma usgibandans. bisaiwandans godis
18 ni þatainei ïn andvairþja guþs ak jah ïn andvairþja manne allaize. jabai magi
19 vairþan us ïzvis miþ allaim mannam gavairþi habandans. ni ïzvis silbans ga-
vrikandans. liubans. ak gibiþ staþ þvairhein. gameliþ ïst auk. mis fraveit le-

unum corpus sumus in Christo, at unusquisque alter — 8. — hic impertiens in simplicitate, hic praesul in studio, hic miserens in hilaritate; 9. dilectio infucata, odientes mala, adhaerentes bono, 10. caritate fraterna in vos invicem pii, honore vos invicem praevenientes, 11. studio non pigri, spiritu ferventes, domino servientes, spe gaudentes, 12. dolores patientes, precationi adhaerentes, 13. necessitatibus sanctorum compertientes, hospitalitatem sectantes; 14. benedicatis his persequentibus vos, benedicatis et ne maledicatis; 15. gaudere cum gaudentibus, plorare cum plorantibus. 16. Hoc idem in vos invicem sentientes, non altitudinem sentientes, sed humilibus adhaerentes; ne fiatis prudentes apud vos ipsos, 17. non uni malum pro malo reddentes, respicientes bonum non solum in facie dei, sed etiam in facie hominum omnium. 18. Si possit fieri ex vobis cum omnibus hominibus pacem habentes, 19. non vos ipsos ulciscentes, cari, sed date locum irae; scriptum est enim: mihi vindicta re-

12, 8—14, 5. exstant in cod. A et de his inde ab *ïn andvairþja guþs* 12, 17 usque ad 13, 5 *duþþe ufhausjaiþ* etiam in cod. Carol.

12, 9. *ubila*] mala, gr. omn. *τὸ πονηρόν.*

12, 11. *fraujin*] domino, gr. *καιρῷ.*

12, 13. *andaviznim*] Cast. ‡ *andaviznam*; locus in cod. A obliteratus.

12, 15. *faginondam*] Goth. c. codd. ° *καί.*

12, 16. *hauhiþa*] altitudinem, gr. omn. *τὰ ὑψηλά.*

12, 17. *ni þatainei — ak jah*] non solum — sed etiam, ° gr. — *ïn*] pr. hinc incipit fragmentum alterum codicis Carol., vid. ad vs. 8. — *manne allaize*] ∾ gr. omn.

12, 18. *magi vairþan*] possit fieri, gr. omn. *δυνατόν.*

12, 19. *gavrikandans*] sic codd.; Kn. ‡ *gavrisandans*, rectam lectionem, ab Ih. inventam, iam Z. et e cod. A Cast. dederunt. — *þvairhein*] sic codd. Z. Cast.; Kn. *þvair...*, Ih. ‡ *twair...* Kn. male supplevit *þvairheinai*, nam ab adiectivis formantur substantiva non in *—eins*, sed in *—ei* innixa, quod si Ih. et Z. scivissent, vix adnotassent et *þvairhein* et *þvairheinai* recte se habere. Deinde Kn. in errorem perductus per lineolam super *i* scriptam, qua *n* terminationis exprimitur et quam ipse signum notae $\overline{gþs}$ esse putavit, *guþs* addidit, quod quum Ih. nescimus quo sensu veri ductus contemsisset, Z. tamen retinuit. — *fraveit letaidau*] sic cod. A et Cast.; cod. Carol. *fraveit leitaidau*, de qua codicum varietate vid. ad M. 9, 6; Kn. Ih. Z. ‡ *fraveito ei gildau*, quorum auctoritate fretus Griesb. adnotat, Goth. ἵνα ἀποδίδω legisse; nos nunc adnotamus, *letaidau* (relinquatur) ab omn. gr. omitti.

20 taidau. ïk fragilda. qiþiþ frauja. jabai gredo fijand þeinana. mat gif ïmma.
ïþ jabai þaursjai. dragkei ïna. þata auk taujands haurja fumins rikis ana
21 haubiþ ïs. ni gajiukaizau af unþiuþa ak gajiukais af þiuþa unþiuþ.
13, 1 all saivalo valdufnjam ufarvisandam ufhausjai. unte nist valdufni alja fram
2 guþa. ïþ þo visandona fram guþa gasatida sind. svaei sa andstandands val-
dufnja guþs garaideinai andstoþ. ïþ þai andstandandans silbans sis vargiþa
3 nimand. þai auk reiks ni sind agis godamma vaurstva ak ubilamma. aþþan
4 vileis ei ni ogeis valdufni. þiuþ taujais jah habais hazein us þamma. unte
guþs andbahts ïst þus ïn godamma. ïþ jabai ubil taujis. ogs. unte ni svare
þana hairu bairiþ. guþs auk andbahts ïst fraveitands ïn þvairhein þamma
5 ubil taujandin. duþþe ufhausjaiþ ni þatainei ïn þvairheins ak jah ïn miþ-
6 visseins. ïnuþ-þis auk jah gilstra ustiuhaiþ. unte andbahtos guþs sind þamma
7 silbin skalkinondans. usgibiþ nu allaim skuldo. þammei gabaur gabaur.
8 þammei mota mota. þammei agis agis. þammei sveriþa sveriþa. ni ainummehun vaihtais skulans sijaiþ niba þatei misso frijoþ. unte saei frijoþ newund-
9 jan vitoþ usfullida. þata auk ni horinos. ni maurþrjais. ni hlifais. nih faihu-

linquatur, ego retribuo, dicit dominus. 20. Si esurit inimicus tuus, cibum da ei, verum si sitiat, potione recrea eum; hoc enim faciens carbones ignis cumulas in caput eius. 21. Ne vincaris ab improbo, sed vincas a probo improbum. 13, 1. Omne animarum potestatibus superantibus pareat, nam non est potestas nisi a deo; verum hae exsistentes a deo constitutae sunt; 2. itaque hic resistens potestati, dei instituto restitit; verum hi resistentes ipsi sibi damnationem sumunt. 3. Hi enim reges non sunt terror bono operi, sed malo; at vis, ut non timeas potestatem, bonum facias, et habeas laudem ex hoc; 4. nam dei minister est tibi in bono; verum si malum facis, time; nam non frustra hunc gladium gerit, dei enim minister est, vindicans in iram hunc malum facientem. 5. Ideo pareatis non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. 6. Propter hoc enim etiam tributa pendatis, nam ministri dei sunt huic ipsi servientes. 7. Reddite igitur omnibus debita: cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal; cui timorem, timorem; cui honorem, honorem. 8. Ne uni cuiusquam debitores sitis, nisi quod invicem diligitis, nam qui diligit propinquum, legem implevit, 9. hoc enim ne moecheris, ne occidas, ne fureris, neque concu-

12, 20. *jabai*] Goth. c. codd. ° οὖν. — *mat*] sic cod. A et Cast.; cod. Carol. Ku. Ih. Z. ‡ *mad.* — *ïþ*] verum, ° gr.

12, 21. *gajiukaizau*] Cast. ‡ *gajiukizau.* — *fram*] sec. a, gr. omn. ἐν.

13, 2. *andstoþ*] restitit, Goth. gr. perfecti ἀνθέστηκεν significationem nesciens, male per praeteritum reddit, quum *andstandiþ* scribere deberet; idem Ulfilae accidit Mc. 3, 26 ἀνέστη per *usstoþ* interpretanti.

13, 3. *godamma — ubilamma*] bono — malo, gr. τῶν ἀγαθῶν ἔργων ἀλλὰ τῶν κακῶν.

13, 4. *hairu*] cod. A et Cast. *hairau*, de qua varietate vid. ad Mc. 7, 32.

13, 5. *ufhausjaiþ*] pareatis, gr. ἀνάγκη ὑποτάσσεσθαι. Ceterum hic finitur fragmentum alterum codicis Carol., vid. ad 12, 8.

13, 7. *þammei*] cui, scil. debetis, gr. omn. τῷ.

13, 8. *frijoþ*] pr. sic cod. A; Cast. ‡ *frijaiþ.* — *usfullida*] sic cod. A; Cast. ‡ *usfullide.*

geirunjais jah jabai wo anþaraizo anabusne ïn þamma vaurda usfulljada.
10 þamma frijos newundjan þeinana sve þuk silban. friaþva newundjins ubil ni
11 vaurkeiþ. usfullcins nu vitodis ïst friaþva. jah þata vitandans þata þeihs þatei
mel ïst uns ju us slepa urreisan. unte nu newis ïst naseins unsara þau þan
12 galaubidedum. nahts framis galaiþ ïþ dags atnewida. usvairpam nu vaurst-
13 vam riqizis ïþ gavasjam sarvam liuhadis. sve ïn daga garedaba gaggaima ni
gabauram jah dragkameim. ni ligram jah aglaitjam. ni haifstai jah aljana.
14 ak gahamoþ fraujin unsaramma xristau ïesua jah leikis mun ni taujaiþ
14, 1 ïn lustuns. ïþ unmahteigana galaubeinai andnimaiþ ni du tveifleinai mitono.
2 sums raihtis galaubeiþ matjan allata. ïþ saei unmahteigs ïst gras matjiþ.
3 sa matjands þamma ni matjandin ni frakunni. ïþ sa ni matjands þana mat-
4 jandan ni stojai. guþ auk ïna andnam. þu was ïs. þuei stojis framaþjana
skalk. seinamma fraujin standiþ aiþþau driusiþ. aþþan standiþ. mahteigs auk
5. 9 ïst frauja gastoþanan ïna. sums raihtis stojiþ dag hindar daga — — jah qi-
10 vaim jah dauþaim fraujinoþ. ïþ þu. wa stojis broþar þeinana. aiþþau jah þu.
wa frakant broþr þeinamma. allai auk gasatjanda faura stauastola xristaus.

---

piscas et si quod aliorum praeceptorum in hoc verbo summatim-comprehenditur, hoc: ames propinquum tuum, ut te ipsum. 10. Amor propinqui malum non operatur; observatio igitur legis est amor. 11. Et hoc scientes hoc tempus, quod hora est, nos iam e somno surgere, nam nunc propius est salus nostra, quam quum crederemus. 12. Nox porro ivit, verum dies propinquavit; abigimus nunc opera tenebrarum, verum induimus arma lucis, 13. ut in die honeste eamus non comessationibus et vinolentiis, non concubitibus et impudicitiis, non rixa et aemulatione; 14. sed induite dominum nostrum, Christum Iesum, et carnis curam ne faciatis in cupiditates, 14, 1. verum infirmum fide excipiatis, non ad disceptationem cogitationum. 2. Quidam enim credit edere omne, verum qui infirmus est, olus edit. 3. Hic edens hunc non edentem ne spernat; verum hic non edens hunc edentem ne iudicet; deus enim eum assumsit. 4. Tu quis es, tuqui iudicas alienum servum? Suo domino stat aut cadit. At stat; potens enim est dominus statuere eum. 5. Quidam enim iudicat diem post diem — 9. — et vivos et mortuos regit; 10. verum tu, quid iudicas fratrem tuum? aut etiam tu, quid spernis fratrem tuum? omnes enim statuuntur ante tribunal Christi.

---

13, 9. *anþaraizo*] sic cod. A, uti suspicamur; ultimae syllabae elementa Cast. cognoscere non potuit, edidit autem ‡ *anþaraize*.

13, 10. *newundjins*] proximi, gr. omn. *τῷ πλησίον* ab *ἐργάζεται* pendens, quum Goth. ad *friaþva* retulerit. — *ïst*] est, ° gr. omn.

13, 11. *ïst*] utr. est, ° gr. omn. — *naseins unsara*] ∼ gr. omn.

13, 14. *unsaramma*] nostrum, ° gr., Goth. c. codd. d et 8 ap. Mi. — *xristau ïesua*] ∼ gr. omn.

14, 3. *frakunni*] cod. A et Cast. ‡ *frakuni*. — *matjandan*] cod. A et Cast. ‡ *matjandin*.

14, 4. *frauja*] dominus, gr. *θεὸς*. — *gastoþanan*] Cast. coniecit *gastoþan*, quod nobis probatur, cf. tamen Thess. 1, 2, 17 *gaainamaidai*.

14, 9—15, 13 leguntur in cod. Carol.

14, 9. *qivaim — dauþaim*] ∼ gr.

11 gameliþ ïst auk. liba ïk. qiþiþ frauja. þatei mis all knive biugiþ jah and-
12 haitiþ alla razdo guþa. þannú nu warjizuh unsara fram sis raþjon usgibiþ
13 guþa. ni þanamais nu uns misso stojaima. ak þata stojaiþ mais ei ni satjaiþ
14 bistugq broþr aiþþau gamarzein. vait jag-gatraua ïn fraujin ïesua þatei ni
vaiht gavanm þairh sik silbo niba þamma munandin *wa unhrain visan*
15 þamma gamain ïst. iþ jabai ïn matis broþar þeins gaurjada. ju ni bi friaþ-
vai gaggis. ni nunu mata þeinamma jainamma fraqistjais. faur þanei xristus
16. 17 gasvalt. ni vajamerjaidau unsar þiuþ. nist auk þiudangardi guþs mats jah
18 dragk ak garaihtei jah gavairþi jah faheþs ïn ahmin veihamma. saei auk
ïn þaim skalkinoþ xristau. vaila galeikaiþ guþa jah gakusans ïst mannam.
19 þannu nu þoei gavairþjis sind laistjaima jah þoei timreinais sind ïn uns
20 misso. ni nunu ïn matis gatair vaurstv guþs — — þize ïdveitjandane þuk
15, 3 gadrusun ana mik. sva filu auk sve fauragameliþ varþ. du unsarai laiseinai
4. 5 gameliþ varþ. ei þairh þulain jah gaþrafstein boko ven habaima. iþ guþ þu-
lainais jah þrafsteinais gibai ïzvis þata samo fraþjan ïn ïzvis misso bi xristu
6 ïesu. ei gaviljai ainamma munþa hauhjaiþ guþ jah attan fraujins unsaris

11. Scriptum est enim: vivo ego, dicit dominus, quod mihi omne genuum flectit et confitetur omnis linguarum deo. 12. Utique igitur quisque nostrum de se rationem reddit deo. 13. Ne amplius igitur nos invicem iudicemus, sed hoc iudicetis magis, ut non ponatis offendiculum fratri aut sollicitationem. 14. Scio et confido in domino Iesu, quod non quidquam turpe per se ipsum, nisi huic cogitanti aliquid impurum esse, huic commune est. 15. Verum si propter cibum frater tuus contristatur, iam non secundum amorem ambulas; ne igitur cibo tuo illum perdas, pro quo Christus mortuus est. 16. Ne blasphemetur nostrum bonum; 17. non est enim regnum dei cibus et potus, sed iustitia et pax et gaudium in spiritu sancto. 18. Qui enim in his servit Christo, bene placet deo et probatus est hominibus. 19. Utique igitur quae pacis sunt, sequamur et quae aedificationis sunt in nos invicem. 20. Ne igitur propter cibum destrue opus dei — 15, 3. — horum exprobrantium te ceciderunt in me. 4. Tam multum enim quam antescriptum fuit, ad nostram doctrinam scriptum fuit, ut per patientiam et solatium scripturarum spem habeamus. 5. Verum deus patientiae et solatii det vobis hoc idem sentire in vobis invicem de Christo Iesu, 6. ut unanimes uno ore glorificetis deum et patrem domini nostri

14, 11. *biugiþ*] gr. omn. ante *all.* — *andhaitiþ*] gr. post *razdo.*

14, 13. *ni*] pr. Kn. ‡ *ni.*

14, 14. *jag-gatraua*] sic cod. Carol.; Kn. ‡ *jai tatraua*, Ih. Z. Cast. + *jai gatraua*, unde Griesbachii error natus est adnotantis, Goth. *ναί* pro *καί* legisse. — *wa unhrain visan*] haec supplevimus, literarum omnino fere abscissarum (vid. ad 12 2) infimis partibus observatis; Kn. Z. Cast. lacunam habent, cuius signum ponere Ih. neglexit. — *ïst*] est, ° gr. omn.

14, 15. *nunu*] igitur, ° gr. omn., sic vs. 20.

14, 16. *vajamerjaidau*] Goth. c. codd. ° *οὖν.*

14, 17. *þiudangardi*] sic cod. Carol.; editt. ‡ *þiudangard.*

14, 18. *ïst*] est, ° gr. omn., sic supra etiam pro *vaila galeikaiþ* gr. omn. *εὐάρεστος.*

14, 19. *sind*] sec., Ih. ‡ *find.*

14, 20. *nunu*] vid. ad vs. 15.

15, 3. *þize*] Kn. ‡ *vize.*

15, 4. *auk*] Ih. ‡ *ank.* — *jah*] Goth. c. codd. ° *διά.*

7 ïesuis xristaus. ïn þizei andnimaiþ ïzvis misso svasve jah xristus andnam
8 ïzvis du vulþau guþs. qiþa auk xristu ïesu andbaht vaurþanana *bimaitis* fram
9 sunjai guþs du gatulgjan gahaita attane. ïþ þiudos ïn armahairteins hauhjan
guþ svasve gameliþ ïst. duþþe andhaita þus ïn þiudom frauja jah namin þei-
10. 11 namma liuþo. jah aftra qiþiþ. sifaiþ þiudos miþ managein ïs. jah aftra qiþiþ.
12 hazjiþ allos þiudos fraujan jah hazjaina ïna allos manageins. jah aftra esacias
qiþiþ. vairþiþ vaurts ïaissaizis jah sa usstandands reikinoþ þiudom. du
13 ïmma þiudos venjand. ïþ guþ lubainais fulljai ïzvis allaizos fahedais —
16, 21 — jah lukius jah ïasson jah soseipatrus þai niþjos meinai. golja ïzvis ïk tertius
22 sa meljands þo aipistaulein ïn fraujin. goleiþ ïzvis gaïus vairdus meins jah
23 allaizos aikklesjons. goleiþ ïzvis airastus fauragaggja baurgs jah qartus sa
24 broþar. ansts fraujins unsaris ïesuis xristaus miþ ahmin ïzvaramma. amen.

du rumonim ustauh.

du rumonim meliþ ïst us kaurinþon.

---

Iesu Christi. 7. Propter quod excipiatis vos invicem, sicut etiam Christus excepit vos ad gloriam dei. 8. Dico enim Christum Iesum ministrum factum circumcisionis pro veritate dei ad confirmandum promissiones patrum, 9. verum gentes propter misericordiam glorificare deum, sicut scriptum est: ideo confiteor tibi in gentibus, domine, et nomini tuo canto. 10. Et rursus dicit: gaudete, gentes, cum populo eius. 11. Et rursus dicit: laudate, omnes gentes, dominum et laudent eum omnes populi. 12. Et rursus Esaias dicit: fit radix Iessezis et hic surgens regit gentes, ad eum gentes sperant; 13. verum deus spei impleat vos omni gaudio — 16, 21. — et Lucius et Iasson et Sosipatrus, hi cognati mei; 22. saluto vos ego Tertius, hic scribens hanc epistolam in domino; 23. salutat vos Gaius, hospes meus et omnis ecclesiae, salutat vos Erastus, oeconomus urbis, et Quartus hic frater. 24. Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro, amen.

Ad Romanos explicit.

Ad Romanos scriptum est e Corintho.

---

15, 7. *svasve*] Ih. ‡ *sva ve.*

15, 8. *auk*] enim, gr. δέ. — *xristu ïesu*] ∾ gr. — *bimaitis*] de nostris addidimus, vid. ad 12, 2. Ceterum notandum est, Goth., quod nullo alio loco fecit, nunc post *qiþan* ponere *vaurþanana* participium; fecisse autem eum arbitramur, quia *visan* addere non liceret; eundem verbi substantivi infinitivum omittit in formula *viljau ïzvis unvilans s. unveisans* (θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν) Cor. 1, 10, 1. 2, 1, 8. Thess. 1, 4, 13. Versu sequente recte pergit *ïþ þiudos hauhjan guþ.*

15, 9. *frauja*] domine, ° gr.

15, 11. *qiþiþ*] dicit, ° gr. — *fraujan*] gr. ante *allos.* — *hazjaina*] laudent, gr. ἐπαινέσατε.

15, 12. *ïaissaizis*] Ih. ‡ *jaissaizis.* — *reikinoþ*] regit, quia gr. omn. ἄρχειν habent, Ih. p. 132 pro *reikinoþ* legendum esse *reikinon* existimat; recte quidem ille, sed Goth. interpretatione sua sensum non pervertit, quare codicis lectionem emendare non ausi sumus.

16, 21. Quae inde usque ad finem edantur, e cod. A hausta sunt.

16, 23. *allaizos aikklesjons*] ∾ gr.

14, 24. *ahmin ïzvaramma*] spiritu vestro, gr. omn. πάντων ὑμῶν.

Subscript. *du rumonim ustauh*] c. Goth. solus cod. G. — *du rumonim meliþ — kaurinþon*] gr. alii alia legunt aut omittunt, Goth. c. codd. B et D.

# Du Kaurinþium ·a·

1, 12 — ïk ïm pavlaus ïþ ïk apaullons ïþ ïk kefins ïþ ïk xristaus. disdailiþs ïst.
13 ïþai pavlus ushramiþs varþ ïn ïzvara aiþþau ïn namin pavlaus daupidai vesciþ.
14. 15 aviliudo guþa ei ainnohun ïzvara ni daupida niba krispu jah gaïu. ei was ni
16 qiþai þatei ïn meinamma namin daupidedjau. ïk daupida auk jaþ-þans stai-
17 fanaus gadaukans. þata anþar ni vait ei ainnohun daupidedjau. niþ-þan ïn-
sandida mik xristus daupjan ak vailamerjan. ni ïn snutrein vaurdis ei ni
18 lausjaidau galga xristaus. unte þata vaurd galgins þaim fralusnandam dvaliþa
19 ïst ïþ þaim ganisandam mahts guþs ïst. gameliþ ïst auk. fraqistja snutrein
20 þize snutrane jah frodein þize frodane uskiusa. war handugs. war bokareis.
21 war sokareis þis aivis. ni dvala gatavida guþ handugein þis fairwaus. unte
auk ïn handugein guþs ni kunnaida sa fairwus þairh handugein guþ. galei-

## Ad Corinthios I.

1, 12. — ego sum Pavli, verum ego Apollois, verum ego Cefae, verum ego Christi. 13. Divisus est? num Pavlus crucifixus fuit propter vos aut in nomine Pavli baptizati essetis? 14. Gratias-ago deo, quod unum vestrum non baptizavi praeter Crispum et Gaium, 15. ut quis non dicat, quod in meo nomine baptizarem. 16. Ego baptizavi enim etiam hos Stefani domesticos; hoc aliud non scio, quod unum baptizarem. 17. Neque vero misit me Christus baptizare, sed praedicare, non in sapientia verbi, ut non inanis-redderetur crux Christi. 18. Nam hoc verbum crucis his pereuntibus stultitia est, verum his salvis potentia dei est. 19. Scriptum est enim: perdo sapientiam horum sapientium et prudentiam horum prudentium reprobo. 20. Ubi sapiens? ubi scriba? ubi disputator huius aevi? Non stultam fecit deus sapientiam huius mundi? 21. Quia enim in sapientia dei non cognovit hic mundus per sapientiam deum, pla-

### *Adnotatio.*

1, 12. *pavlaus*] sic cod. A; Cast. + *pavlus* (vid. ad L. 1, 54).

1, 13. *ïst*] Goth. ° *Χριστός*.

1, 16. *ïk*] ego, ° gr. omn. — *gadaukans*] hanc vocem dubiae originis et significationis Cast. cum *dauhts* (coena) comparatam per *commensales* convertit, Mssm. *gadaurans*, qui eadem porta utuntur, legere mavult; gr. omn. *οἶκον*. — *þata*] hoc, ° gr., Goth. c. codd. *τό* legit, sic 2, 13, 11. cf. Eph. 6, 10. Philipp. 3, 1. — *ainnohun*] Goth. c. codd. ° *ἄλλον*.

1, 18. *ganisandam*] Goth. c. codd. ° *ἡμῖν*.

1, 21. *ni*] cod. A et Cast. ‡ *niu ni* (nonne non).

kaida guþa þairh þo dvaliþa þizos vailamereinais ganasjan þans galaubjan-
22. 23 dans. unte ïudaieis taikne bidjand ïþ krekos handugein sokjand. ïþ veis mer-
24 jam ïesu ushramidana ïudaium gamarzein ïþ þiudom dvaliþa. ïþ þaim gala-
25 þodam ïudaic jah þiudo xristu guþs maht jah guþs handugein. unte so
4, 2. 3 dvaliþa guþs handugozei mannam — — ei was triggvs bigitaidau. aþþan mis
ïn minnistin ïst ei fram ïzvis ussokjaidau aiþþau fram manniskamma daga.
4 akei nih mik silþan ussokja. nih vaiht auk mis sillþin miþvait akei ni ïn
5 þamma garaihtiþs ïm. ïþ saei ussokeiþ mik frauja ïst. þannu nu ei faur mel
ni stojaiþ. unte qimai frauja. saei jah galiuhteiþ analaugn riqizis jah galiuh-
6 teiþ runos hairtane jaþ-þan hazeins vairþiþ warjammeh fram guþa. aþþan
broþrjus. þairhgaleikonda ïn mis jah apaullon ïn ïzvara ei ïn ugkis ganimaiþ
ni ufar þatei gameliþ ïst fraþjan. ei ains faur ainana ana anþarana ufblesans
7 ni sijai. was auk þuk ussokeiþ. wauþ-þan habais. þatei ni namt. aiþþau
8 jabai andnamt. wa wopis sve ni nemeis. ju sadai sijuþ. ju gabigai vaurþuþ.

---

cult deo per hanc stultitiam huius praedicationis servare hos credentes. 22. Nam Iudaei signa petunt, verum Graeci sapientiam quaerunt; 23. verum nos praedicamus Iesum crucifixum, Iudaeis offensionem, 24. verum gentibus stultitiam, verum his vocatis Iudaeorum et gentium Christum, dei potentiam et dei sapientiam. 25. Nam haec stultitia dei sapientior hominibus — 4, 2. — ut quis fidelis inveniatur. 3. At mihi in minimo est, ut a vobis aestimer aut ab humano die, sed ne-quidem me ipsum aestimo, 4. neque quidquam enim mihi ipsi conscius-sum, sed non in hoc iustificatus sum, verum qui aestimat me, dominus est. 5. Itaque nunc ut ante tempus non iudicetis, donec veniat dominus, qui et illustrat absconditum tenebrarum et illustrat consilia cordium, et tum laus fit cuique a deo. 6. At, fratres, transferuntur in me et Apollo propter vos, ut in nobis comperiatis, non supra quod scriptum est sentire, ut unus pro uno adversus alterum inflatus non sit. 7. Quis enim te aestimat? quid autem habes, quod non accepisti? aut si accepisti, quid gloriaris, ut non acceperis? 8. Iam saturi estis, iam divites facti-estis,

---

1, 22. *unte*] Goth. ° *καί*.

1, 23. *ïesu*] Iesum, gr. omn. *Χριστόν*. — *ïudaium*] Goth. ° *μέν*.

1, 24. *ïudaic*] Goth. ° *τε*, vid. ad **L.** 2, 16.

1, 25. *handugozei*] sic legendum est, Cast. ‡ *handugo*; in cod. A spatium syllabam *zei* capiens superest, sed nullum literarum vestigium.

4, 2. *was triggvs*] ∾ gr. omn.; ceterum Cast. ‡ *tkiggvs*.

4, 3. *ussokjaidau*] sic cod. A; Cast. ‡ *ussokjaida*.

4, 5. *ei*] ut, particula otiosa, nam *μή* h. l. non coniunctio (ut non), sed adverbium (ne) est, hoc autem = *ni*. — *ni*] Goth. c. codd. ° *τί*. — *vairþiþ*] sic cod. A; Cast. ‡ *vairþaiþ*. — *warjammeh*] sic cod. A; Cast. ‡ *wakjizummah*.

4, 6. *aþþan*] Goth. ° *ταῦτα*, aut *þo* librarii oscitantia excidit, quod *þairhgaleikonda* plurali probari videtur, qui numerus non habens, quo referatur, nimium offendit. Fortasse etiam aut pro *aþþan* legendum est *þo þan*, aut *þairhgaleikoda* pro *þairhgaleikonda*, quod graecus textus (*μετεσχημάτισα*) postulare nobis videtur; neque tamen hoc probato *þo* abesse debet. — *ganimaiþ*] Ulf. c. codd. ° *τό*. — *ufar*] Cast. ‡ *ufak*. — *ana anþarana*] gr. omn. post *sijai*.

4, 7. *jabai*] Goth. c. cod. d ap. Mi. ° *καί*.

ïnu uns þiudanodeduþ jah vainei þiudanodedeiþ. ei jah veis ïzvis miþþiuda-
9 noma. man auk þei guþ uns apaustauluns spedistans ustaiknida svasve dau-
þubljans unte fairveitl vaurþum þizai manasedai jah aggilum jah mannam.
10 veis dvalai ïn xristaus ïþ jus frodai. veizuþ-þan unmahteigai ïþ jus svinþai.
11 juzuþ-þan vulþagai ïþ veis unsverai. und þo nu weila jah hugridai jah
12. 5, þaursidai jah naqadai jah kaupatidai jah ungastoþanai. jah — — ju gastau-
3. 4 ïda sve andvairþs þana sva þata gataujandan. ïn namin fraujins unsaris ïesuis
xristaus samaþ gagaggandam ïzvis jah meinamma ahmin miþ mahtai fraujins
5 unsaris ïesuis xristaus atgiban þana svaleikana unhulþin du qisteinai leikis ei
6 ahma ganisai ïn daga fraujins ïesuis. ni goda woftuli ïzvara. ni vituþ þatei
7 leitil beistis allana daig gabeisteiþ. ushrainaiþ þata fairnjo beist. ei sijaiþ
niujis daigs svasve sijaiþ unbeistjodai. jah auk paska unsara ufsniþans ïst
8 faur uns xristus. þannu dulþjam ni ïn beista fairnjamma niþ-þan ïn beista
9 balvaveseins jah unseleins ak ïn unbeistein unvammeins jas-sunjos. gamelida
10 ïzvis ana þizai aipistaulein. ni blandaiþ ïzvis horam. ni þaim horam þis

---

sine nobis regnastis et utinam regnaretis, ut etiam nos vobis simul-regnemus. 9. Existimo enim, quod deus nos apostolos ultimos ostendit, sicut morti-addictos, nam spectaculum facti-sumus huic mundo et angelis et hominibus. 10. Nos stulti propter Christum, verum vos prudentes; nos quidem impotentes, verum vos robusti; vos quidem nobiles, verum nos inhonorati, 11. usque hanc nunc horam et esurientes et sitientes et nudi et colaphizati et instabiles, 12. et — 5, 3. — nunc iudicavi, ut praesens hunc sic hoc facientem, 4. in nomine domini nostri Iesu Christi, simul congregatis vobis et meo spiritu, cum potentia domini nostri Iesu Christi 5. tradere hunc talem diabolo ad perditionem carnis, ut spiritus servetur in die domini Iesu. 6. Non bona gloria vestra; nonne scitis, quod paucum fermenti totam massam fermentat? 7. Expurgate hoc vetus fermentum, ut sitis nova massa, sicut sitis infermentati, et enim pasca nostrum immolatus est pro nobis Christus. 8. Itaque festum - celebremus non in fermento vetere, neque autem in fermento nequitiae et malitiae, sed in azymo sinceritatis et veritatis. 9. Scripsi vobis in hac epistola: ne misceatis vos scortatoribus, 10. non his scortatoribus huius

---

4, 8. *vainei*] Goth. c. codd. ° *γε*.

4, 9. *apaustauluns*] sic cod. A; Cast. ‡ *apaustaulans*.

4, 10. *frodai*] Goth. ° *ἐν Χριστῷ*, nisi potius aciem Cast., qui vel syllabam *ai* cognoscere non potuit, etiam *ïn xristau* (i. e. *ïn xau*) in fine lineae posita effugerunt. — *þan*] utr. quidem, ° gr. omn.

4, 11. *hugridai*] pro *huggridai* (J. 6, 35), cf. tamen ad Mc. 10, 37.

5, 4. *samaþ gagaggandam*] Cast. ‡ ict., sic etiam 7, 5. 14, 26; vid. ad Mc. 9, 25. cf. ad Cor. 2, 7, 3.

5, 7. *ushrainaiþ*] ‡ pro *ushrainjaiþ* vel *ushraineiþ*. — *unbeistjodai*] exspectaveris *unbeistidai* (vid. vs. 6), neque tamen nostram formam vitiosam esse iudicamus, nam in *—jon* desinit etiam *auhjon*. — *ufsniþans ïst*] gr. omn. ante *xristus*.

5, 9. *blandaiþ*] misceatis, gr. omn. *συγκαναμίγνυσθαι*.

5, 10. init. Goth. c. codd. ° *καί*. — *ni*] Goth. ° *πάντως*. — *jah*] et, gr. *ἤ*. — *þan*] h. l. respondens graeco *ἄρα* pro *þannu* positum est; idem

fairwaus aiþþau þaim faihufrikam jah vilvam aiþþau galiugam skalkinondam.
11 unte skuldedeiþ þan us þamma fairwau usgaggan. ïþ nu sai melida ïzvis ni
blandan. jabai was broþar namnids sijai hors aiþþau faihufriks aiþþau galiu-
gam skalkinonds aiþþau ubilvaurds aiþþau afdrugkja aiþþau vilvs. þamma
12 svaleikamma ni miþmatjan. wa mik jah þans uta stojan. niu þans ïnna
13 jus stojiþ ïþ þans uta guþ stojiþ. usnimiþ þana ubilan us ïzvis silbam.
6, 1 gadars was ïzvara viþra anþarana staua habands stojan fram ïnvindaim jah
7, 5 ni fram — — ïzvara misso niba þau us gaqissai wo weilo. ei uhteigai sijaiþ
fastan jah bidan. þaþroþ-þan samaþ gavandjaiþ ei ni fraisai ïzvara satana ïn
6. 7 ungahobainais ïzvaraizos. þatuþ-þan qiþa gakunnands ni bi haitjai. ïþ viljau
allans mans visan sve mik silban. akei warjizuh svesa giba habaiþ fram
8 guþa sums sva sumsuh sva. aþþan qiþa þaim unqenidam jah viduvom. goþ
9 ïst ïm jabai sind sve ïk. ïþ jabai ni gahabaina sik. liugandau. batizo ïst
10 auk liugan þau ïntundnan. ïþ þaim liugom haftam anabiuda ni ïk ak frauja

---


2, 4. *gabeigs*] cod. A *gabigs*. — *frijaþvos*] Goth. c. codd. ° *αὐτοῦ*.

2, 5. *uns*] sec. nos, ° gr. omn. — *sijum*] sumus, cod. A c. gr. omn. *sijuþ* (estis).

6 jah miþurraisidai jah miþgasatidai ïn himinakundaim ïn xristau ïesu.
7 ei ataugjai ïn aldim þaim anagaggandeim ufarassu gabeins anstais seinaizos ïn
8 selein bi uns ïn xristau ïesu. unte anstai sijuþ ganasidai þairh galaubein jah
9. 10 þata ni us ïzvis ak guþs giba ïst. ni us vaurstvam ei was ni wopai ak ïs
sijum tauï gaskapanai ïn xristau ïesu du vaurstvam godaim. þoei fauraga-
11 manvida guþ ei ïn þaim gaggaima. duþþe gamuneiþ þatei jus þiudos simle
ïn leika vesuþ namnidans unbimaitanai fram þizai namnidon bimait ïn leika
12 handuvaurht. unte vesuþ þan ïn jainamma mela ïnuh xristau framaþjai us-
metis ïsraelis jah gasteis gahaite trausteis ven ni habandans jah gudalausai ïn
13 manasedai. ïþ nu sai ïn xristau ïesu jus juzei simle vesuþ fairra. vaurþuþ
14 newa ïn bloþa xristaus. sa auk ïst gavairþi unsar. saei gatavida þo ba du
15 samin jah miþgardavaddju faþos gatairands. fijaþva. ana leika seinamma vitoþ
anabusne garaideinim gatairands ei þans tvans gaskopi ïn sis silbin du ainamma
16 niujamma mann vaurkjands gavairþi jah gafriþodedi þans bans ïn ainamma

---

6. et conresuscitati et concollocati in coelestibus in Christo Iesu, 7. ut ostendat in aetatibus his accedentibus abundantiam divitiarum gratiae suae in bonitate secundum nos in Christo Iesu. 8. Nam gratia estis servati per fidem et hoc non ex vobis, sed dei donum est; 9. non ex operibus, ut quis non glorietur, 10. sed eius sumus opus creati in Christo Iesu ad opera bona, quae praeparavit deus, ut in his eamus. 11. Ideo recordamini, quod vos gentiles olim in carne fuistis, nominati non-circumcisi ab hac nominata circumcisione in carne manu-facta. 12. Nam fuistis tum in illo tempore sine Christo alienati conversatione Israelis et hospites promissionum foederis, spem non habentes et impii in mundo. 13. Verum nunc ecce in Christo Iesu vos, vos-qui olim fuistis procul, facti-estis prope in sanguine Christi. 14. Hic enim est pax nostra, qui fecit haec ambo ad unum et parietem-intergerinum sepis destruens, 15. inimicitiam, in carne sua legem praeceptorum regulis destruens, ut hos duos crearet in se ipso ad unum novum hominem, faciens pacem, 16. et reconciliaret hos ambos in uno

---

2, 6. *miþurraisidai — miþgasatidai*] conresuscitati — concollocati, quae pluralia ad praecedens *sijum* sunt referenda; cod. A cum gr. omn. *miþurraisida — miþgasatida* (conresuscitavit — concollocavit).

2, 7. *aldim*] cod. A ‡ *aldaim.*

2, 8. *sijuþ*] cod. A *siuþ. — ak*] sed, ° gr. omn.; Goth. c. vers. Arm. et Patrr. latt. — *ïst*] est, ° gr. omn.

2, 10. *sijum*] cod. A *sium. — godaim*] cod. A marg. *þiuþeigaim.*

2, 11. *þiudos simle*] ∾ gr. omn. — *vesuþ*] fuistis, ° gr. omn.; cod. A ante *ïn. — namnidans*] cod. A *þai* articulum addit. — *fram — bimait*] sane mira loquendi ratio, in qua non solum nominativus post *þizai namnidon* offendit, sed etiam quod femininum participii substantivo neutro appositum est; quodammodo comparari potest Mc. 3, 16 *gasatida seimona namo paitrus* pro *paitru*, vid. L. 1, 13. M. 9, 19.

2, 12. *þan*] tum, ° gr. omn. — *ïnuh*] cod. A *ïnu. — xristau*] pro *xristu*, accusativum enim *ïnuh* praepositio postulat. — *gahaite trausteis*] promissionum foederis, gr. τῶν διαθηκῶν τῆς ἐπαγγελίας.

2, 13. *vaurþuþ newa*] ∾ gr.; Goth. c. codd. ap. Mill. et Mi.

2, 15. *anabusne*] Goth. c. cod. e ap. Mi. ° ἐν.

17 leika guþa þairh galgan afslahands fijaþva ïn sis silbin. jah qimands vaila-
18 merida gavairþi ïzvis juzei fairra jah gavairþi þaim ïzei newa. unte þairh
19 ïna habam atgagg bajoþs ïn ainamma ahmin du attin. sai nu ju ni sijuþ ga-
steis jah aljakonjai ak sijuþ gabaurgjans þaim veiham jah ïngardjans guþs
20 anatimridai ana grunduvaddjau apaustaule jah praufete at visandin auhu-
21 mistin vaihstastaina silbin xristau ïesu. ïn þammei alla gatimrjo gagatiloda
22 vahseiþ du alh veihai ïn fraujin. ïn þammei jah jus miþgatimridai sijuþ du
3, 1 hauainai guþs ïn ahmin. ïu þizozei vaihtais ïk pavlus bandja xristaus ïesuis
2 ïn ïzvara þiudo. jabai sveþauh hausideduþ fauragaggi guþs anstais. sei gibana
3 ïst mis ïn ïzvis. unte bi andhuleinai gakannida vas mis so runa sve faura-
4 gamelida ïn leitilamma. duþþe ei siggvandans mageiþ fraþjan frodein meinai
5 ïn runai xristaus. þatei anþaraim aldim ni kunþ vas sunum manne svasve
6 nu andhuliþ ïst þaim veiham ïs apaustaulum jah praufetum ïn ahmin. visan
þiudos gaarbjans jah galeikans jah gadailans gahaitis ïs ïn xristau ïesu þairh
7 aivaggeljon. þizozei varþ andbahts ïk bi gibai anstais guþs þizai gibanon mis

---

corpore deo per crucem occidens inimicitiam in se ipso. 17. Et veniens praedicavit pacem vobis, vos - qui procul, et pacem his, qui prope. 18. Nam per eum habemus accessum ambo in uno spiritu ad patrem. 19. Ecce nunc iam non estis hospites et aliegenae, sed estis cives his sanctis et domestici dei, 20. aedificati in fundamento apostolorum et profetarum in exsistente summo angulari - lapide ipso Christo Iesu, 21. in quo omne aedificium compositum crescit ad templum sanctum in domino, 22. in quo etiam vos coaedificati estis ad domicilium dei in spiritu. 3, 1. Propter quam rem ego Pavlus vinctus Christi Iesu propter vos gentiles; 2. si quidem audistis institutionem dei gratiae, quae data est mihi in vos. 3. Nam secundum revelationem notificatum fuit mihi hoc mysterium, ut ante - scriptum in parvo. 4. Ideo ut legentes possitis intelligere prudentiam meam in mysterio Christi. 5. Quod aliis aetatibus non notum fuit filiis hominum, sicut nunc revelatum est his sanctis eius apostolis et profetis in spiritu: 6. esse gentiles cohaeredes et unicorporales et participes promissionis eius in Christo Iesu per evangelium, 7. cuius factus - sum minister ego secundum donum gratiae dei, hoc datum mihi

---

2, 16. *afslahands*] cod. B ‡ *afslahans*, vid. ad Mc. 12, 24. — *sis silbin*] se ipso, gr. αὐτῷ.

2, 17. *gavairþi*] sec. pacem, ° gr. — *ïzei*] cod. A *ïze*; ceterum de ellipsi *sind* verbi vid. ad Rom. 12, 2.

2, 19. *ju*] ° cod. A. — *aljakonjai*] sic codd. pro *aljakunjai*, vid. ad L. 4, 13. — *sijuþ*] sec. estis, ° gr.

2, 20. *anatimridai*] desinit cod. A. — *xristau ïesu*] ∼ gr. omn.

3, 1. *þizozei vaihtais*] quam rem, gr. omn. τούτου; sic Goth. saepius contra graec. auctoritatem relativo utitur ad coniungenda singula enuntiata, vid. 5, 6 *þoei* (ταῦτα γάρ) Cor. 2, 12, 8 *bi þatei* (ὑπὲρ τούτου). M. 27, 46 *þatei ïst* (τοῦτ' ἐστί).

3, 2. *guþs anstais*] ∼ gr.

3, 4. *siggvandans mageiþ*] ∼ gr. omn.

3, 5. *ïs apaustaulum*] ∼ gr. omn. praeter cod. d ap. Mi.

3, 6. *ïesu*] Iesu, ° gr. omn.; Goth. c. Vulg.

3, 7. *ïk*] ego, ° gr. omn. praeter cod. m ap. Mi. qui ante *andbahts* habet. — *gibai*] sic cod. B; Cast. ‡ *gibos*.

8 bi toja mahtais ïs. mis þamma undarleijin allaize þize veihane atgibana varþ
9 ansts so ïn þiudom vailamerjan þo unfairlaistidon gabein xristaus jah ïnliuhtjan allans. wileik þata fauragaggi runos þizos gafulginons fram aivam ïn
10 guþa þamma alla gaskapjandin. ei kanniþ vesi nu reikjam jah valdufnjam
11 ïn þaim himinakundam þairh aikklesjon so managfalþo handugei guþs bi
12 muna aive. þanei gatavida ïn xristau ïesu fraujin unsaramma. ïn þammei
13 haþam balþein freihals atgagg ïn trauainai þairh galaubein ïs. ïn þize bidja. ni vairþaiþ usgrudjans ïn aglom meinaim faur ïzvis. þatei ïst vulþus ïzvar.
14. 15 ïn þis biuga kniva meina du attin fraujins unsaris ïesuis xristaus. us þammei
16 all *fadreinis ïn himina jah ana airþai nammjada. ei gibai* ïzvis bi gabein vulþaus seinis mahtai gasvinþnan þairh ahman seinana ïn ïnnuman mannan.

secundum opera virtutis eius, 8. mihi huic infimo omnium horum sanctorum data fuit gratia haec in gentilibus praedicare has investigabiles divitias Christi 9. et illuminare omnes, qualis haec dispensatio mysterii huius abscondita a saeculis in deo hoc omnia creante, 10. ut notificata esset nunc imperiis et potestatibus in his coelestibus per ecclesiam haec varia sapientia dei 11. secundum constitutionem saeculorum, quam fecit in Christo Iesu, domino nostro, 12. in quo habemus fiduciam, libertatem, accessum in confidentia per fidem eius, 13. propter quod precor, ne fiatis lassi in afflictionibus meis pro vobis, quod est gloria vestra. 14. Propter hoc flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, 15. e quo omne paternitatis in coelo et super terram vocatur, 16. ut det vobis secundum divitias gloriae suae, vi confirmari per spiritum suum in internum hominem,

3, 8. *undarleijin*] sic cod. B; Mssm. B. A. p. 1038 coniecit *undarleikin*, quae coniectura nobis miriifice placet prae illa, quam Grim. W. J. LXX p. 48 proposuit *undarlegjin* (subiacenti), nam ipse Grim. monet, significationem verbi in *undar* positum esse, cf. 4, 9 *undaraists*, quae superlativi forma, uti graecum κατώτατος, ex adverbio effecta est. — *þize*] horum, ° gr. — *unfairlaistidon*] haec Massmanni l. l. indicata coniectura, codicis denuo inspecti auctoritate comprobatur; Cast. ‡ *unfairrastidon*.

3, 9. *ïn*] pergit cod. A.

3, 10. *kanniþ*] quum ad *handugei* (aut ad praecedens *runa*) referendum sit, *kannida* scribendum fuit, uti infra 4, 7 *gibana ïst ansts;* sed ut h. l., sic etiam Gal. 5, 11 *gatauran ïst marzeins* pro *gataurana* legitur, cf. ad Neh. 6, 16. — *managfalþo*] cod. A *filufaihu* et in marg. *managna* . . (quod noli cum Cast. *managnando*, sed *managnandei* explere) *managei* i. e. abundans multitudo, quo quid glossator explicare voluerit, incertum est, nisi forte duae lectiones (*managnandei handugei* et *managei handugeins*) coniunctae sunt. *Managei* autem, si recte coniecimus, nunc pro *managduþs* (abundantia) ponitur, quum aliis locis significet multitudinem, quae numerari possit. Ceterum ex illa codicis A lectione discimus, Grim. I. 722 non ita recte auguratum esse, adiectivorum in —*us* exeuntium formam concretam convenire cum eadem adiectivorum in —*is* terminantium; nam secundum illam doctrinam nunc *filufaihjo* scriptum esse debebat. Si vero Grim. recte coniecit, aut *filufaihu* pro adverbio habendum est, uti *filu* L. 6, 5 (vid. ad L. 19, 37), aut *filufaihus* scribendum, vid. L. 6, 6 *handus þaursus*, Grim. I. 721 Anm. 1.

3, 12. *freihals*] libertatem, ° cod. B c. gr. omn. (praeter cod. D); addidimus e cod. A, qui e libris latinis hausit, quorum lectio comparetur cum cod. D ἐν τῷ ἐλευθερωθῆναι addente. Ceterum Goth. *xaí* ante *atgagg* omittit.

3, 13. *vairþaiþ usgrudjans*] fiatis lassi, gr. omn. oratione obliqua ἐκκακεῖν; ceterum de *usgrudjans* vid. ad L. 18, 1.

3, 15. *himina*] coelo, gr. omn. οὐρανοῖς, praeter codd. c d k ap. Mi.

3, 16. *gasvinþnan — ïn ïnnuman mannan*] corroborari — in interiorem hominem; cod. A omni gr. auctoritate destitutus *insvinþjan — ïnnuman mannan* i e. corroborare interiorem hominem. Ceterum Cast. ‡ *ïnnunan*, vid. ad Coloss. 1, 29.

17. 18 bauan xristu þairh galaubein ïn hairtam ïzvaraim. ei ïn friaþvai gavaurhtai
jah gasulidai mageiþ gafahan miþ allaim þaim veiham. wa sijai braidei jah
19 laggei jah hauhei jah diupei. kunnan þo ufarassau mikilon þis kunþjis
20 friaþva xristaus ei fullnaiþ du allai fullon guþs. aþþan þamma mahteigin
ufar all taujan maizo þau bidjam aiþþau fraþjam bi mahtai þizai vaurkjan-
21 dein ïn uns. ïmma vulþus ïn aikklesjon ïn xristau ïesu ïn allos aldins aive
4, 1 amen. bidja nu ïzvis ïk bandja ïn fraujin vairþaba gaggan þizos laþonais.
2 þizaiei laþodai sijuþ. miþ allai hauneinai jah qairrein miþ usbeisnai usþulan-
3 dans ïzvis misso ïn friaþvai. usdaudjandans fastan ainamundiþa ahmins ïn ga-
4 bundjai gavairþeis. ain leik jah ains ahma svasve atlaþodai sijuþ ïn aina ven
5. 6 laþonais ïzvaraizos. ains frauja aina galaubeins aina daupeins ains guþ jah
7 atta allaize. saei ufar allaim jah and allans jah ïn allaim uns. ïþ ainwarjam-
8 meh unsara atgibana ïst ansts bi mitaþ gibos xristaus. ïn þizei qiþiþ. usstei-

---

17. habitare Christum per fidem in cordibus vestris, 18. ut in caritate facti et fundati possitis capere cum omnibus his sanctis, quid sit latitudo et longitudo et altitudo et profunditas, 19. cognoscere hanc abundanter magnam huius cognitionis caritatem Christi, ut impleamini ad omnem plenitudinem dei. 20. At huic potenti super omne facere plus quam precamur aut intelligimus secundum vim hanc operantem in nobis, 21. ei gloria in ecclesia in Christo Iesu in omnes aetates saeculorum, amen. 4, 1. Precor nunc vos, ego ligatus in domino, digne ambulare hac vocatione, qua vocati estis, 2. cum omni humilitate et humanitate, cum longanimitate, ferentes vos invicem in caritate, 3. studentes observare consensum spiritus in vinculo pacis. 4. Unum corpus et unus spiritus, sicut vocati estis in unam spem vocationis vestrae; 5. unus dominus, una fides, unus baptismus, 6. unus deus et pater omnium, qui super omnes et per omnes et in omnibus nobis. 7. Verum unicuique nostrum data est gratia secundum mensuram doni Christi, 8. propter quod dicit: adscen-

---

3, 18. *ei*] gr. omn. post *gasulidai*. — *friaþvai*] cod. A *frijaþvai*. — *gavaurhtai*] facti, gr. omn. ἐῤῥιζωμένοι; Cast. in eo verbo offendit, quia evidenter a *vaurts* (radix) derivandum fuerit et Mssm. *gavaurtsidai* scribendum esse existimat; nos lectionem utriusque cod. consensu firmatam non condemnaverimus, satis habentes lectorem commonefacere loci Cor. 1, 16, 2 ubi pro *huzdjands*, quod textus ratione habita exspectabatur, *huhjands* legitur. — *sijai*] sit, ° gr. omn. — *jah laggei*] cod. A *jal-laggei*. — *hauhei* — *diupei*] ∾ gr.

3, 19. *kunnan*] Goth. ° τε, vid. ad L. 2, 16. — *friaþva*] cod. A *frijaþva*. — *fullnaiþ*] cod. A *fulnaiþ*, cf. ad L. 2, 21. — *du*] ad, cod. A *ïn* (in).

3, 20. *þau*] sic codd.; Cast. ‡ *þan*. — *bidjam*] cod. A ‡ *bidjan*. — *uns*] cod. A *unsis*.

3, 21. *ïmma*] cod. A *ïmmuh* (eique), sic in eadem clausula Rom. 11, 36. — *ïn aikklesjon*] cod. A post *ïesu*. — *aldins*] Goth. c. codd. ° τοῦ αἰῶνος.

4, 1. *sijuþ*] cod. A *siuþ*.

4, 2. *friaþvai*] cod. A *frijaþvai*.

4, 4. *svasve*] Goth. c. codd. ° καί.

4, 6. *saei*] de ellipsi *ïst* verbi in sententia relativa vid. ad Rom. 12, 2; ceterum hic cod. B desinit.

4, 8. *ussteigands*] in marg. cod. A legitur *psalmo*... indicans haec verba desumta esse a libro psalmorum (68, 19), quod unicum occurrit citatorum bibliorum in gothicis exemplum. CAST. — *ushanþ*] sic legendum est pro *ushunþ*, quod cod. A et Cast. habent; veram lectionem etiam Grim. W. J. l. l. p. 48 invenit.

9 gands ïn hauhiþa ushanþ hunþ jah atuhgaf gibos mannam. þatuþ-þan usstaig
10 wa ïst niba þatei jah atstaig faurþis ïn undaraisto airþos. saei atstaig. sa ïst
11 jah saei usstaig ufar allans himinans ei usfullidedi allata. jah silba gaf su-
mans apaustaulums sumanzuþ-þan praufetuns sumansuþ-þan aivaggelistans
12 sumansuþ-þan hairdjans jah laisarjans du ustauhein veihaize du vaurstva
13 andbahtjis du timreinai leikis xristaus. unte garinnaima allai ïn ainamundiþa
galaubeinais jah ufkunþjis sunus guþs du vaira fullamma du mitaþ vahstaus
14 fullons xristaus. ei þanasciþs ni sijaima niuklahai usvagidai jah usvalugidai
ïn wammeh laiseinais liuteis manne ïn filudeisein du listeigon usvandjai air-

dens in altitudinem cepit captivitatem et dedit dona hominibus. 9. Hoc autem adscendit, quid est, nisi quod etiam descendit antea in inferius terrae? 10. Qui descendit, hic est etiam, qui adscendit super omnes coelos, ut impleret omne, 11. et ipse dedit alios apostolos, alios autem profetas, alios autem evangelistas, alios autem pastores et magistros 12. ad perfectionem sanctorum ad opus ministerii, ad aedificationem corporis Christi, 13. donec perveniamus omnes in consensum fidei et cognitionis filii dei ad virum perfectum, ad mensuram incrementi plenitudinis Christi, 14. ut amplius non simus infantes agitati et circumlati in quoque doctrinae, nequitiae hominum, in astutia ad fraudulentam devitationem erro-

4, 9. *faurþis*] Cast. ‡ div.; ceterum ° gr. — *undaraisto*] sic cod. A; Cast. ‡ *undarnisto*; ceterum Goth. ° *μέρη*. — *airþos*] quid cod. A, unde Cast. *airþais* edidit, vere habeat, propter membranae lituram incertum est, sed neque Cast. formam evidenter falsam rescribere, neque Grim., censuram illius libri agens, tacendo probare debebat.

4, 11. *apaustaulums*] sic sine dubio in cod. A pro *apaustaulans*, Cast. lectione, scriptum est; suspicamur id memores loci Cor. 1, 4, 9 ubi illam editam lectionem falsam esse auctoritas codicis denuo inspecti docuit.

4, 13. *sunus*] pro *sunaus*, vid. ad L. 1, 54. — *vaira fullamma*] cod. A marg. lectionem variam habet, de qua Cast. legere posse sibi visus est *guma...ma*; an vero recte legerit, ipse dubitat, quum *guma* dativus, qui casus requiritur, esse non possit.

4, 14. *niuklahai*] sic cod. A; Cast. ‡ *niuklahsai*. — *usvalugidai*] Grim. l. l. p. 48 probabili coniectura *usvalvidai* legere mavult, monemus tamen, lectionem editam codicis A denuo inspecti auctoritate confirmari. — *in*] pr. in, ° gr. omn. — *wammeh*] manifesto librarii errore verbum voci graecae *ἀνέμῳ* respondens excidit; id esse censet Cast. *luftau*, quod propter idem initium ante *liuteis* facile a librario omitti potuerit; Grim. l. l. rectius *vinda*, quo verbo Gothus gr. *ἄνεμος* reddere soleat, supplet aut *vinde*, qui genitivus pluralis a *wammeh* pendeat. — *liuteis*] sic cod. A teste Cast., sed ut forma illa secundum Cast. doctrinam probari possit, quod posse negamus, certe sensus genitivum non patitur; est potius legendum *liutein* (in quoque [vento l. ventorum] doctrinae, nequitia hominum); *n* et *s* literas in codd. saepius permutari, ad M. 7, 23 adnotavimus. Ceterum *ïn* suo loco movere et ante *liutein* ponere, quod vult Grim., nobis non necessarium esse videtur, propterea quod praepositiones primo loco positae, altero omitti possunt et tertio demum repeti opus est, vid. M. 8, 9. Mc. 6, 56. — *filudeisein du listeigon usvandjai*] haec nostra coniectura codicis A auctoritate confirmata est; Cast. ‡ *filudeiseinai listeigo us vandjai*, quam editam lectionem Grim. l. l. p. 49 fere totam probavit, sed ea comprobatione iudicii sui subtilitatem nunc non probavit; nam primum *filudeiseinai* non vera, sed falsa forma est, vid. Cor. 2, 11, 3 et cf. ad Cor. 2, 4, 4; deinde *us vandjai*, quod pro *πρὸς μεθοδείαν* positum esse ille dicit, si lectio genuina esset, aliquid aliud significaret; denique *listeigo* si recte sic legeretur, non otiose vel e glossa additum esset, quasi idem quod *us vandjai* valens, sed *listeigon* adiectivum ad *usvandjai* positum eum efficit sensum, quem habet *μεθοδεία*, cf. infra 6, 11, ubi *lists* = *μεθοδεία*.

15 zeins. ïþ sunja taujandans ïn frijaþvai vahsjaima ïn ïna þo alla. ïze ïst haubiþ
16 xristus. us þammei all leik gagatiloþ gagahaftiþ þairh allos gavissins and-
staldis bi vaurstva ïn mitaþ ainis warjoh fero usvahst leikis taujiþ du tim-
17 reinai seinai ïn frijaþvai. þata nu qiþa jah veitvodja ïn fraujin ei þanaseiþs
18 ni gaggaiþ svasve jah anþaros þiudos gaggand ïn usvissja hugis seinis. riqi-
zeinai gahugdai visandans framaþjai libainais guþs ïn unvitjis þis visandins
19 ïn ïm ïn daubiþos hairtane seinaize. þaiei usvenans vaurþanai sik silbans
20 atgebun aglaitein ïn vaurstvein unhrainiþos allaizos ïn faihufrikein. ïþ jus ni
21 sva ganemuþ xristu. jabai sveþauh ïna hausideduþ jah ïn ïmma uslaisidai
22 sijuþ. svasve ïst sunja ïn ïesu. ei aflagjaiþ jus bi frumin usmeta þana fairnjan
23 mannan þana riurjan bi lustum afmarzeinais. anuþ-þan niujaiþ ahmin fraþjis
24 ïzvaris jah gahamoþ þamma niujin mann þamma bi guþa gaskapanin ïn ga-
25 raihtein jah veihiþai sunjos. ïn þizei aflagjandans liugn rodjaiþ sunja warjiz-
26 uh miþ newundjin seinamma. unte sijuþ anþar anþaris liþus. þvairhaiþ-þan
27 sijaiþ jah ni fravaurkjaiþ. sunno ni disiggqai ana þvairhein ïzvara. ni gibiþ

---

ris, 15. verum veritatem facientes in caritate crescamus in eum haec omnia, qui est caput Christus, 16. e quo omne corpus compactum, connexum per omnia vincula auxilii secundum opus in mensura unius quarumque partium augmentum corporis facit ad aedificationem suam in caritate. 17. Hoc nunc dico et testor in domino, ut amplius non ambuletis, sicut etiam alii gentiles ambulant, in vanitate sensus sui; 18. tenebricosi intellectu exsistentes, alienati-a vita dei propter inscientiam, hanc exsistentem in iis, propter surditatem cordium suorum, 19. qui desperantes facti se ipsos dederunt impudicitiae, in operationem immunditiae omnis, in avaritiam. 20. Verum vos non sic accepistis Christum; 21. si tamen eum audivistis et in eo edocti estis, sicut est veritas in Iesu, 22. ut deponatis vos secundum primam conversionem hunc veterem hominem, hunc corruptibilem secundum cupiditates deceptionis. 23. Re-autem novetis spiritum mentis vestrae 24. et induatis hunc novum hominem, hunc secundum deum creatum in iustitia et sanctitate veritatis. 25. Propter quod deponentes mendacium loquamini veritatem quisque cum propinquo suo, nam estis alter alterius membrum. 26. Irati autem sitis et ne peccetis; sol ne occidat super iram vestram; 27. ne date

---

4, 16. *gagahaftiþ*] locus in cod. obliteratus est; *gagahartiþ*, quod Cast. edidit, vocem gothicam non esse, iam Mssm. et Grim. l. l. p. 49 indicaverunt et veram lectionem coniectura invenerunt; ceterum Grim. etiam, quum gr. omn. ante illud verbum *καί* ponant, hanc particulam in *gagahaftiþ* latere existimans *jah gahaftiþ* legere maluit; quum vero prior huius verbi pars in cod. perspicue legi posse videatur et particula copulativa sic omitti soleat (vid. 3, 12), *gagahaftiþ* retinere voluimus.

4, 17. init. pergit cod. B.

4, 19. *usvenans vaurþanai*] desperantes facti, gr. ἀπηλγηκότες. — *faihufrikein*] cod. A ‡ *faihufaikein*.

4, 23. *anuþ-þan niujaiþ*] vid. ad Mc. 14, 44.

4, 24. *jah gahamoþ*] cod. A *jag-gahamoþ*.

4, 25. *sijuþ*] estis, cod. A c. gr. omn. *sijum* (sumus).

4, 26. *þvairhaiþ-þan*] vid. ad M. 5, 37; ceterum *þan* (autem) ° gr. omn. — *disiggqai*] pro hac codicis B lectione cod. A rectius *dissiggqai*, de qua varietate vid. ad Mc. 3, 13.

4, 27. *ni gibiþ*] ne date, cod. A et Cast. c. gr. *nih gibaiþ* (nec detis).

28 staþ unhulþin. saei hlefi. þanaseiþs ni hlifai ak mais arbaidjai vaurkjands
29 svesaim handum þiuþ ei habai dailjan þaurbandin. ainhun vaurde ubilaize us
munþa ïzvaramma ni usgaggai ak þatei goþ sijai du timreinai galaubeinais ei
30 gibai anst hausjandam. jah ni gaurjaiþ þana veihan ahman guþs. þammei gasi-
31 glidai sijuþ ïn daga uslauseinais. alla baitrei jah hatis jah þvairhei jah hropi jah
32 vajamerein afvairpaidau af ïzvis miþ allai unselein vairþaiduh miþ ïzvis
misso seljai armahairtai fragibandans ïzvis misso svasve guþ ïn xristau fragaf
5, 1. 2 ïzvis. vairþaiþ nu galeikondans guþa sve barna liuba jah gaggaiþ ïn friaþvai
svasve jah xristus frijoda uns jah atgaf sik silban faur uns hunsl jah sauþ
3 guþa du daunai voþjai. aþþan horinassus jah allos unhrainiþos aiþþau faihu-
4 frikei nih namnjaidau ïn ïzvis. svasve gadob ïst veihaim. aiþþau dvalavaurdei
5 aiþþau saldra. þoei du þaurftai ni fairrinnand. ak mais aviliuda. þata auk
viteiþ kunnandans þatei alizu hors aiþþau unhrains aiþþau faihufriks. þatei

---

locum diabolo. 28. Qui furatus-sit, amplius ne furetur, sed potius laboret operans propriis manibus bonum, ut habeat impertiri egenis; 29. ullum verborum malorum ex ore vestro ne exeat, sed quod bonum sit ad aedificationem fidei, ut det gratiam audientibus. 30. Et ne contristetis hunc sanctum spiritum dei, quo signati estis in die liberationis; 31. omnis amaritudo et animositas et ira et clamor et maledictio abiiciatur a vobis cum omni improbitate 32. fiatisque cum vobis invicem boni, misericordes, condonantes vobis invicem, sicut deus in Christo condonavit vobis. 5, 1. Fiatis igitur similes deo, uti filii cari, 2. et ambuletis in caritate, sicuti etiam Christus amavit nos et dedit se ipsum pro nobis sacrificium et victimam deo ad odorem bonum. 3. At adulterium et omnes immunditiae aut avaritia ne-quidem nominetur in vobis, sicut decorum est sanctis, 4. aut stultiloquium, aut scurrilitas, quae ad necessitatem non pertinent, sed potius gratiae. 5. Hoc enim scite cognoscentes, quod quisque adulter aut impurus aut avarus, quod

---

4, 28. *ak*] sed, cod. A *ïþ* (verum), vid. ad Cor. 1, 14, 20. — *svesaim*] propriis, ° gr. — *þiuþ*] gr. ante *svesaim*.

4, 29. *sijai*] sit, ° gr. omn. — *galaubeinais*] fidei, gr. χρείας.

4, 30. *veihan ahman*] ∾ gr. omn. — *þammei*] cod. A c. gr. omn. *ïn þammei*.

4, 31. *hropi*] cod. A *hropei*.

4, 32. *vairþaiduh*] fiatisque, gr. *γίνεσθε δὲ* l. *οὖν*, quam utramque particulam a Goth. per *uh* suffixum interdum reddi, ad Joh. 18, 26 adnotavimus. — *svasve*] Goth. ° *καί*.

5, 2. *friaþvai*] cod. A *frijaþvai*.

5, 3. *namnjaidau*] desinit cod. A. Notandum est autem, Gothum praecedentibus compluribus subiectis, in iisque uno plurali (*allos unhrainiþos*), verbum in singulari numero posuisse, quod non textu graeco (*ὀνομαζέσθω*), qui omnia subiecta singularia habet, inductus fecisse existimandus est, quum etiam Neh. 5, 18 *lamba gavalida saihs jah gaitsa gamanvida vas* (gr. *ἐγίνοντο*) *mis* scripserit. — *gadob*] sic cod. B; Cast. + *gadof*.

5, 4. init. Goth. ° *ὁ αἰσχρότης*, quod sine ullo dubio librarii errore excidit propter repetitionem particulae *aiþþau*, vid. ad Rom. 9, 15. — *aiþþau*] pr. aut, gr. *καί*.

5, 5. *alizu*] sic cod. B (*alˆzu*); sed neque quod ipsi edidimus, nec *allu*, quod Cast., probari potest, nec Grim. l. l. p. 50 proposita coniectura *alls* hac verborum structura locum habet; est enim sententia negativa, quae neque *alls*, neque *wazuh*, quod legere alicui in mentem venire possit, patitur; *ainshun* unum est, quod, nisi audacior videatur conatus, recte habet; hoc in iisdem sententiis pro

ïst galiugagude skalkinassaus. ni habaiþ arbi ïn þiudangardjai xristaus jah
6 guþs. ni manna ïzvis usłusto lausaim vaurdam. þairh þoei qimiþ hatis guþs
7. 8 ana sunum ungalaubeinais. ni vairþaiþ nu gadailans ïm. vesuþ auk suman
9 riqiz. ïþ nu liuhaþ ïn fraujin. sve barna liuhadis gaggaiþ. aþþan akran liu-
10 hadis ïst ïn allai selein jah garaihtein jah sunjai. gakiusandans þatei sijai
11. 17 vailagaleikaiþ fraujin jah ni gamainjaiþ vaurstvam riqizis — — duþþe ni
18 vairþaiþ unfrodai ak fraþjandans. wa sijai vilja fraujins. jah ni anadriggaiþ
19 ïzvis veina. ïn þammei ïst usstiurei. ak fulłnaiþ ïn ahmin rodjandans ïzvis ïn
psalmom jah hazeinim jah saggvim ahmeinaim siggvandans ïn hairtam ïzva-
20 raim fraujin. aviliudondans sinteino fram allaim ïn namin fraujins unsaris
21 ïesuis xristaus attin jah guþa. ufhausjandans ïzvis misso ïn agisa xristaus.
22. 23 qenes seinaim ahnam ufhausjaina svasve fraujin. unte vair ïst haubiþ qenais
24 svasve jah xristus haubiþ aikklesjons jah ïs ïst nasjands leikis. akei svasve

---

est idolorum servitus, non habet hereditatem in regno Christi et dei. 6. Ne homo vos concupiscat inanibus verbis, per quae venit ira dei super filios incredulitatis. 7. Ne fiatis nunc socii iis. 8. Fuistis enim aliquando tenebrae, verum nunc lumen in domino, uti filii luminis ambuletis. 9. At fructus luminis est in omni probitate et iustitia et veritate. 10. Probantes, quod sit bene-placitum domino 11. et ne communicetis operibus tenebrarum — — 17. ideo ne fiatis imprudentes, sed prudentes, quid sit voluntas domini, 18. et ne inebrietis vos vino, in quo est luxuria, sed impleamini in spiritu, 19. loquentes vobis in psalmis et laudibus et cantibus spiritualibus, canentes in cordibus vestris domino, 20. gratias - agentes semper de omnibus in nomine domini nostri Iesu Christi patri et deo, 21. obedientes vobis invicem in timore Christi. 22. Uxores suis maritis obediant, sicut domino, 23. nam vir est caput uxoris, sicuti etiam Christus caput ecclesiae et is est servator corporis, 24. sed sicuti

---

πᾶς ponitur etiam supra 4, 29 et Gal. 2, 16. — *þatei — skalkinassaus*] quod — servitus, gr. ὅς ἐστιν εἰδωλολάτρης. Miramur, hic Grim. l. l. *skalkinassaus* pro genitivo partitivo ab *ïst* pendente habuisse (quod est cultus sc. pars, quod ad cultum pertinet) quae interpretandi ratio et textui graeco plane adversatur et simplicitatis laude caret; potius ita statuendum est, *skalkinassaus* insolentiore forma positum esse pro *skalkinassus*, cuius varietatis exempla ad Mc. 7, 32 collegimus, et Goth. cum codd. et verss. lat., quibuscum fere conspirat, ὅ ἐστιν εἰδωλολατρεία legisse.

5, 6. *usłusto*] sic cod. B, quod librarii mendum esse suspicamur pro *usłuto*, nam hoc respondet graeco ἀπατάτω, vid. Rom. 7, 11. Cor. 2, 11, 3. Timoth. 1, 2, 14. Skeir. 38, 3. 15; *łuston* autem, quod ἐπιθυμεῖν significat, h. l. sensui non accommodatum est. — *þoei*] quae, gr. omn. ταῦτα γάρ, vid. ad 3, 1.

5, 7. *vairþaiþ nu*] ∾ gr. omn.

5, 9. *ïst*] est, ° gr. omn.

5, 11. *vaurstvam*] Goth. ° ἀκάρποις. — *riqizis*] desinit cod. B.

5, 17. pergit cod. A. — *sijai*] sit, ° gr. omn.

5, 18. *anadriggaiþ*] vid. ad L. 5, 39. — *usstiurei*] sic cod. A; Cast. + *ustiurei*.

5, 19. *ïn*] pr. in, ° gr. — *siggvandans*] Goth. c. codd. ° καὶ ψάλλοντες. — *hairtam*] cordibus, gr. καρδίᾳ.

5, 20. *attin — guþa*] ∾ gr.

5, 22. *qenes*] sic cod. A h. l. et vs. 24 pro *qeneis*, cf. ad L. 10, 5. — *ufhausjaina*] obediant, gr. ὑποτάσσεσθε.

5, 23. *jah*] sec. et, ° gr.

25 aikklesjo ufhauseiþ xristu. svah qenes abnam seinaim ïn allamma. jus vairos
frijoþ qenins ïzvaros svasve jah xristus frijoda aikklesjon jah sik silban at-
26. 27 gaf faur þo. ei þo gaveihaidedi gahrainjands þvahla vatins ïn vaurda. ei
ustauhi silba sis vulþaga aikklesjon ni habandein vamme aiþþau maile aiþþau
28 wa svaleikaize ak ei sijai veiha jah unvamma. sva jah vairos skulun frijon
seinos qenins sve leika seina. sein silbins leik frijoþ. saei seina qen frijoþ
29 jah sik silban frijoþ. ni auk manna wanhun sein leik fijaida ak fodeiþ ïta
6, 8 jah varmeiþ svasve jah xristus aikklesjon. — — taujiþ þiuþis. þata ganimiþ
9 at fraujin jaþþe skalks jaþþe freis. jah jus fraujans þata samo taujaiþ viþra
ïns fraletandans ïm wotos vitandans þatei ïm jah ïzvis sama frauja ïst ïn
10 himinam jah viljahalþei nist at ïmma. þata nu anþar broþrjus meinai ïn-
11 svinþjaiþ ïzvis ïn fraujin jah ïn mahtai svinþeins ïs. gahamoþ ïzvis sarvam
12 guþs ei mageiþ standan viþra listins unhulþins. unte nist ïzvis brakja viþra
leik jah bloþ ak viþra reikja jah valdufnja viþra þans fairwu habandans

---

ecclesia obedit Christo, sic mulieres maritis suis in omni. 25. Vos viri, amate uxores vestras, sicuti etiam Christus amavit ecclesiam et se ipsum dedit pro hac, 26. ut hanc sanctificaret purificans lotione aquae in verbo, 27. ut exhiberet ipse se gloriosum ecclesiae non habenti macularum, aut naevorum, aut quid talium, sed ut sit sancta et immaculata: 28. sic etiam viri debent amare suas uxores, uti corpora sua. Suum ipsius corpus amat, qui suam uxorem amat et se ipsum amat. 29. Non enim homo unquam suam carnem odit, sed nutrit eam et calefacit, sicuti etiam Christus ecclesiam. — 6, 8. — facit boni, hoc accipit a domino sive servus, sive liber. 9. Et vos, domini, hoc idem faciatis adversus eos, remittentes iis comminationes, scientes, quod iis et vobis unus dominus est in coelis et benevolentia - immerita non - est apud eum. 10. Hoc igitur alterum, fratres mei, corroboretis vos in domino et in virtute corroborationis eius. 11. Induite vos armis dei, ut possitis stare adversus dolos diaboli; 12. nam non - est vobis lucta contra carnem et sanguinem, sed contra imperia et potestates, contra hos mundum tenentes

---

5, 24. *xristu*] pro *xristau*, vid. ad L. 1, 54. — *abnam seinaim*] ∼ gr.

5, 25. *jus*] vid. ad L. 6, 20.

5, 27. *ak ei*] Cast. ‡ ict., nam gr. omn. ἀλλ' ἵνα legunt, cf. ad Cor. 2, 2, 4.

5, 28. *jah*] pr. etiam, ° gr. — *vairos skulun*] ∼ gr. — *leika seina*] ∼ gr. — *sein silbins leik frijoþ*] suum ipsius corpus amat, ° gr. omn.; Goth. c. vers. lat. a Sabat. edita. Ceterum pro *silbins* Cast. ‡ *siabins*. — *frijoþ*] sec., gr. omn. ante *seina*. — *jah*] sec. et, ° gr. omn.

5, 29. *sein*] sic cod. A; Cast. ‡ *seina*. — *ïta*] gr. omn. post *varmeiþ*. — *aikklesjon*] desinit cod. A.

6, 8. pergit cod. B.

6, 9. *jah jus fraujans*] haec in cod. B ‡ bis scripta sunt, vid. ad Cor. 2, 10, 12. — *fraletandans*] pergit cod. A. — *ïm*] pr. iis, ° gr. omn. — *wotos*] comminationes, gr. omn. ἀπειλήν. — *ïm jah ïzvis*] iis et vobis, gr. καὶ ὑμῶν αὐτῶν. — *sama*] unus, gr. omn. ὁ.

6, 10. *nu*] igitur, ° gr. omn. — *ïnsvinþjaiþ*] sic recte cod. A; cod. B ‡ *ïnsvinjaiþ*.

6, 11. *unhulþins*] sic cod. B; cod. A et Cast. *diabulaus* (diabuli).

6, 12. *ïzvis*] vobis, gr. ἡμῖν. — *leik — bloþ*] ∼ gr. omn.; Goth. c. Vulg. — *jah*] sec. et, gr. πρός.

13 riqizis þis viþra þo ahmeinona unseleins ïn þaim himinakundam. duþþe ni-
miþ sarva guþs ei mageiþ andstandan ïn þamma daga ubilin jah ïn allamma
14 usvaurkjandans standan. standaiþ nu ufgaurdanai hupins ïzvarans sunjai jah
15 gapaidodai brunjon garaihteins jah gaskohai fotum ïn manviþai aivaggeljons
16 gavairþjis. ufar all andnimandans skildu galaubeinais. þammei maguþ allos
17 arwaznos þis unseljins funiskos afwapjan. jah hilm naseinais nimaiþ jah
18 meki ahmins. þatei ïst vaurd guþs. þairh allos aihtronins jah bidos aihtron-
dans ïn alla mela ïn ahmin jah du þamma vakandans sinteino ïn allai us-
19 daudein jah bidom fram allaim þaim veiham jah fram mis ei mis gibaidau
20 vaurd ïn usluka munþis meinis ïn balþein kannjan runa aivaggeljons. faur
21 þoei airino ïn kunavedom ei ïn ïzai gadaursjau sve skuljau rodjan. ei jus
viteiþ wa bi mik ïst. wa ïk tauja kanneiþ ïzvis allata tukeikus sa liuba
22 broþar jah triggva andbahts ïn fraujin. þanei ïnsandida du ïzvis duþþe ei
23 kunneiþ wa bi ugk ïst jah gaþrafstjai hairtona ïzvara. gavairþi broþrum

---

tenebrarum harum, contra haec spiritualia improbitatis in his coelestibus. 13. Idco capite arma dei, ut possitis resistere in hoc die malo et in omni operantes stare. 14. Stetis igitur cincti lumbos vestros veritate et induti lorica iustitiae 15. et calceati pedibus in praeparatione evangelii pacis, 16. super omne accipientes scutum fidei, quo potestis omnia tela huius mali ignea exstinguere, 17. et galeam salutis sumatis et gladium spiritus, quod est verbum dei, 18. per omnes rogationes et precationes rogantes in omnia tempora in spiritu et ad hoc vigilantes semper in omni studio et precibus do omnibus his sanctis 19. et de me, ut mihi detur verbum in apertione oris mei in fiducia notificare mysterium evangelii, 20. pro quo legatus - sum in catenis, ut in eo audeam, uti debeam loqui, 21. ut vos sciatis, quid secundum me est; quid ego facio, notificat vobis omne Tucicus, hic carus frater et fidelis minister in domino, 22. quem misi ad vos ideo, ut cognoscatis, quid secundum nos est et consoletur corda vestra. 23. Pax fratribus

---

6, 14. ***hupins***] lumbos, gr. omn. *ὀσφύν*; ceterum vid. ad Joh. 11, 44; num vero Cast. et Grim. l. l. p. 50 ***brunjon*** recte pro accusativo habuerint, admodum dubitamus; nam partem, in qua quid fit, Goth. c. graecis in accusativo ponere solet quidem, rem, qua quid fit, non solet; nos pro dativo habemus, licet Vulg. graecos secuta sit, quia verba induendi, vestiendi, semper cum dativo rei, si additur accusativus personae aut verbum in passivo ponitur, construuntur; et insuper vid. Thess. 1, 5, 8 ***gahamodai brunjon jah hilma.***

6, 16. ***unseljins***] sic cod. A; cod. B et Cast. ***unseleins***, quae lectio vix digna erat, quam Grim. l. l. p. 51 defendere studeret.

6, 18. ***alla mela***] omnia tempora, gr. omn. *παντὶ καιρῷ*, pro *alla* fortasse *allamma* scriptum fuit, id autem gr. accommodatum esset. — ***vakandans***] cod. A ***duvakandans***. — ***sinteino***] semper, ° gr. — ***ïn allai***] ° cod. A. — ***bidom***] precibus, gr. omn. *δεήσει*.

6, 19. ***vaurd***] desinit cod. A. — ***meinis***] cod. B et Cast. ‡ ***meinais.***

6, 20. ***kunavedom***] catenis, gr. omn. *ἁλύσει*. ***skuljau***] cod. B ‡ ***skulja.***

6, 21. ***ei***] Goth. ° *δέ* et *καί*, deinde ***jus*** c. codd. ante ***viteiþ*** ponit. — ***ïk***] ego, ° gr. omn. — ***kanneiþ — allata***] ∾ gr. omn.

6, 22. ***ugk***] brevior forma pro ***ugkis***, uti ***uns*** pro ***unsis.***

24 jah friaþva miþ galaubeinai fram guþa attin jah fraujin ïesu xristau. ansts miþ allaim. þaiei frijond fraujan unsarana ïesu xristu în unriurein. amen.

du aifaisium ustauh.

---

et caritas cum fide a deo patre et domino Iesu Christo. 24. Gratia cum omnibus, qui amant dominum nostrum Iesum Christum in incorruptione, amen.

Ad Efesios explicit.

---

6, 24. *amen*] amen, ° gr. Subscript. ° gr.; Goth. c. cod. D.

# Du Filippisium.

1, 14 — ...tans broþre ïn fraujin gatrauandans bandjom meinaim mais gadaursan
15 unagandans vaurd guþs rodjan. sumai raihtis jah ïn neiþis jah haifstais.
17 sumai þan ïn godis viljins xristu merjand. sumai þan ïn friaþvai vitandans þatei
16 du sunjonai aivaggeljons gasatiþs ïm. ïþ þaici us haifstai xristu merjand. ni
18 sviknaba munandans sik aglons urraisjan bandjom meinaim. wa auk.
þandei allaim haidum jaþþe ïnilon jaþþe sunjai xristus merjada. jah ïn þamma
19 fagino akei jah faginon duginna. unte vait ei þata mis gagaggiþ du ganistai
20 þairh ïzvara bida jah andstald ahmins xristaus ïesuis bi usbeisnai jah venai

## Ad Filippisios.

1, 14. — (pluri)mos fratrum in domino confidentes vinculis meis plus audere non-timentes verbum dei loqui. 15. Alii quidem et propter invidiam et contentionem; alii autem propter bonam voluntatem Christum praedicant, 17. alii autem in caritate scientes, quod ad defensionem evangelii constitutus sum. 16. verum qui e contentione Christum praedicant, non sincere, putantes se afflictiones excitare vinculis meis. 18. Quid enim? dum omnibus modis sive praetextu, sive veritate Christus praedicatur, et in hoc gaudeo, sed etiam gaudere incipio, 19. nam scio, quod hoc mihi convenit ad salutem per vestram precationem et auxilium spiritus Christi Iesu, 20. secundum exspectationem et spem

## *Adnotatio.*

Quae de hac epistola supersunt, omnia in cod. B continentur, quae etiam in cod. A leguntur, suo loco indicabitur.

Inscript. deest; ceterum nos *filippisium*, non *filippesium*, quam scriptionem aliquis propter gr. Φιλιππήσιος exspectaverit, edidimus e 4, 15 ubi id nomen proprium legitur.

1, 14. ...*tans*] fragmenta vocis *managistans*, uti explendum esse Cast. recte monet. — *guþs*] dei, ° gr.

1, 15. *haifstais*] cod. B et Cast. ‡ *haiſtais*. — *þan*] Goth. c. cod. d ap. Mi. ° *καί*.

1, 16. *ïþ þaici*] verum qui, gr. omn. οἱ δέ; si lectio codicis A proba est, quod non dubitamus, post *ni sviknaba* est supplendum *merjand*; sed veremur, ne Goth. ipse h. l. eodem modo erraverit, quo Cor. 1, 10, 17 ubi etiam inter οἳ et οἱ non recte distinxit. — *aglons*] afflictiones, gr. omn. θλίψιν. — *urraisjan*] excitare, gr. ἐπιφέρειν.

1, 18. *þandei*] dum, gr. πλήν; Goth. c. Vulg. — *duginna*] vid. ad L. 6, 25.

1, 19. *xristaus ïesuis*] ∾ gr. omn.

meinaim. unte ni ïn vaihtai gaaiviskoþs vairþa ak ïn allai trauainai
sve sinteino jah nu mikiljada xristus ïn leika meinamma jaþþe þairh
21 libain jaþþe þairh dauþu. aþþan mis liban xristus ïst jah gasviltan ga-
22 vaurki. ïþ jabai liban ïn leika þata mis akran vaurstvis ïst jah wa þau
23 valjau. ni kann. aþþan dishabaiþs us þaim tvaim þanuh lustu habands and-
24 letnan jah miþ xristau visan. und filu mais batizo ïst. aþþan du visan ïn
25 leika þaurftizo ïn ïzvara. jah þata triggvaba vait þatei visa jah þairhvisa
at allaim ïzvis du ïzvarai framgahtai jah fahedai galaubeinais ïzvaraizos
26 ei woftuli ïzvara biauknai ïn xristau ïesu ïn mis þairh meinana qum aftra
27 du ïzvis. weh þatainei vairþaba aivaggeljons xristaus usmitaiþ ei jaþþe
qimau jah gasaiwau ïzvis jaþþe aljaþro gahausjau bi ïzvis þatei standiþ ïn
ainamma almin ainai saivalai samana arbaidjandans galaubeinai aivaggeljons.
28 jah ni ïn vaihtai afagidai fram þaim andastaþjam. þatei ïst ïm ustaikneins
29 fralustais ïþ ïzvis ganistais jah þata fram guþa. ïzvis fragiban ïst faur xristu
30 ni þatainei du ïmma galaubjan ak jah þatei faur ïna vinnan. þo samon haifst
2, 1 habandans. þoei gasaiwiþ ïn mis jah nu hauseiþ ïn mis. jabai wo nu gaþraf-

meas, nam non in re confusus fio, sed in omni fiducia, uti semper, etiam nunc magnificatus Christus in corpore meo, sive per vitam, sive per mortem. 21. At mihi vivere Christus est et mori lucrum. 22. Verum si vivere in corpore hoc mihi fructus operis est et quid fortasse optem, non novi; 23. at coartatus ex his duobus: tunc cupiditatem habens solvi et cum Christo esse, per multum magis melius est; 24. at ad exsistendum in carne, magis-necessarium propter vos. 25. Et hoc fideliter scio, quod manco et permaneo apud omnes vos ad vestrum progressum et gaudium fidei vestrae, 26. ut gloriatio vestra crescat in Christo Iesu in me per meum adventum rursus ad vos. 27. Certe solum digne evangelio Christi versemini, ut sive veniam et videam vos, sive aliunde audiam de vobis, quod statis in uno spiritu, una anima simul laborantes fidei evangelii 28. et non in re deterriti ab his adversariis, quod est iis demonstratio perditionis, verum vobis salutis, et hoc a deo. 29. Vobis datum est pro Christo non solum ad eum credere, sed etiam quod pro eo pati, 30. hanc eandem contentionem habentes, quam videtis in me et nunc auditis in me. 2, 1. Si quae igitur consola-

1, 21. *ïst*] est, ° gr., sic vss. seqq.

1, 22. *ïst*] vid. ad vs. 21. — *þau*] fortasse, ° gr. omn.

1, 23. *dishabaiþs*] coartatus, gr. omn. *συνέχομαι*. — *þanuh*] tunc, ° gr. omn., nec sensui est accommodatum; si quis pro articulo haberi malit, ne sic quidem locus difficultate caret; nam articuli hic usus probari vix potest. — *habands*] Goth. c. codd. ° εἰς. — *filu*] Goth. c. codd. ° γάρ. — *ïst*] vid. ad vs. 21.

1, 24. *du visan*] Cast. ‡ ict.

1, 25. *þairhvisa*] permaneo, gr. *συμπαραμενῶ*. — *ïzvaraizos*] vestrae, ° gr. omn.; Goth. c. Syr. et Aethiop. verss. cf. etiam ad Cor. 1, 7, 16.

1, 27. *weh*] certe, ° gr. omn.; cf. Gal. 6, 12. — *qimau — gasaiwau*] veniam — videam, gr, omn. *ἐλθών — ἰδών*.

1, 28. *afagidai*] gr. omn. ante *ïn*.

1, 29. init. Goth. ° *ὅτι*. — *þatei*] manifesto errore pro *þata*.

steino ïn xristau jabai wo gaþlaihte friaþvos jabai wo gamainduþe ahmins
2 jabai wo mildiþo jah gableiþeino. usfulleiþ meina fahed ei þata samo hug-
3 jaiþ þo samon friaþva habandans samasaivalai samafraþjai. ni vaiht bi haif-
stai aiþþau lausai hauheinai ak ïn allai hauneinai gahugdais anþar anþarana
4 munands sis auhuman. ni þo seina warjizuh mitondans ak jah þo anþaraize
5. 6 warjizuh. þata auk fraþjaidau ïn ïzvis. þatei jah ïn xristau ïesu. saei ïn guþa-
7 skaunein visands ni vulva rahnida visan sik galeiko guþa. ak sik silban
8 uslausida vlit skalkis nimands ïn galeikja mannc vaurþans jah manaulja bigi-
tans sve manna. gahaunida sik silban vaurþans ufhausjands attin und —
22. 23 — þatei sve attin barn miþskalkinoda mis ïn aivaggeljon. þanuh nu venja
24 sandjan. biþe gasaiwa. wa bi mik ïst suns. aþþan gatraua ïn fraujin þammei
25 jah silba sprauto qima. aþþan þarb munda aipafraudeitu broþar jah gavaurstvan

---

tionum in Christo, si quod solatiorum caritatis, si quae communitatum spiritus, si quae lenitatum et misericordiarum, 2. explete meum gaudium, ut hoc idem cogitetis hanc eandem caritatem habentes, unanimes, idem-sentientes; 3. non quidquam secundum contentionem aut inanem exaltationem, sed in omni humilitate mentis alter alterum existimans se altiorem; 4. non haec sua quisque considerantes, sed etiam haec aliorum quisque. 5. Hoc enim sentiatur in vobis, quod etiam in Christo Iesu, 6. qui in divina-forma exsistens non rapinam ratus-est esse se similiter deo, 7. sed se ipsum inanem-fecit, formam servi assumens, in similitudine hominum factus 8. et habitu inventus, ut homo; humiliavit se ipsum factus obediens patri usque — 22. — quod ut patri filius conservivit mihi in evangelio. 23. Hunc igitur spero mittere, quum video, quid de me est, statim. 24. At confido in domino, quod etiam ipse cito venio. 25. At necessarium existimavi Epafroditum, fratrem et cooperarium

---

2, 3. *ïn allai*] in omni, ° gr. omn. — *gahugdais*] vid. ad Coloss. 3, 12. — *sis auhuman*] ∼ gr. omn.; ceterum de *auhuman* vid. ad J. 15, 18.

2, 4. *warjizuh*] sec. Cast. ‡ *warwizuh*, ceterum gr. ἕκαστοι.

2, 5. *fraþjaidau*] cod. B et Cast. ‡ *fraiþjaidau*.

2, 6. *guþaskaunein*] Cast. nec div. edere debebat, nec lectionis ita comparatae explicationem conari; ceterum rectius *gudaskaunein* (cf. *gudafaurhts*, *gudalaus*, al.) scribendum esse, ille recte adnotat, cf. tamen *guda* J. 10, 34 et *guþa* Gal. 4, 8. — *galeiko*] similiter, gr. omn. ἴσας; hinc Cast. Excurs. ad h. l. p. 63 sqq. Gothorum arianismum demonstrari posse recte docet; Mssm. Skeir. p. 73 in eo errat, quod *galeiks* et *samaleiks*, voces diversae significationis, nam altera graeco ὅμοιος, altera ἴσος respondet, pro synonymis habet; *galeiks* significationem *aequalitatis* habere non posse, cognoscitur e Skeir. p. 37, 6 *ni ibna nih galeiks* (non aequalis, nec similis quidem). 46, 17 *ni ibnon ak galeika sveriþa usgiban* (non aequalem, sed similem honorem tribuere.

2, 8. *attin*] patri, ° gr. omn.; Goth. c. Ambrst.

2, 22. *miþskalkinoda*] gr. omn. σὺν — ἐδούλευσεν.

2, 23. *þanuh*] Goth. ° μέν.

2, 24. *þammei*] Cast. a librario mendose pro *þatei* scriptum esse existimans, errat; est enim hic locus in iis, ubi Goth. particulae relativae *ei*, quum gr. sola coniunctione ὅτι utantur, pronomen demonstrativum a verbo enuntiati primarii pendens praefigit; si igitur nunc dicit *gatraua þammei*, id ponit pro *gatraua þamma ei* (confido in eo, quod —*darauf dass*); sic L. 15, 6 *faginoþ miþ mis þammei bigat* (ὅτι εὗρον, *darüber dass*) Mc. 4, 38 *niu kara þuk þizei fraqistnam* (ὅτι ἀπολλύμεθα, *dessen dass*) 7, 18. 16, 4. J. 6, 5.

2, 25. *þarb*] sic cod. B et Cast; Specim. p. 12 ‡ *þari*, Mssm. Skeir. p. 169 ‡ *þarbi*. —

jah gahlaiban meinana ïþ ïzvarana apaustulu jah andbaht þaurftais meinaizos
26 sandjan du ïzvis. unte gairnjands vas allaize ïzvara jah unvunands ïn þizei
27 hausideduþ ïna siukan. jah auk siuks vas newa dauþau akei guþ ïna gaar-
maida. aþþan ni þatainei ïna ak jah mik ei gaurein ana gaurein ni habau.
28 sniumundos nu ïnsandida ïna ei gasaiwandans ïna aftra faginoþ jah ïk hla-
29 soza sijau ufmunnands wa bi ïzvis ïst. andnimaiþ nu ïna ïn fraujin miþ allai
30 fahedai jah þans svaleikans sverans habaiþ. unte ïn vaurstvis xristaus und
dauþu atnewida ufarmunnonds saivalai seinai ei usfullidedi ïzvar gaidv bi
3, 1 mein andbahti. þata anþar broþrjus meinai faginoþ ïn fraujin þo samona ïzvis
2 meljan mis sveþauh ni latei ïþ ïzvis þvastiþa. saiwiþ þans hundans saiwiþ þans
3 ubilans vaurstvjans saiwiþ þo gamaitanon. aþþan veis sijum bimait veis ahmin
guþa skalkinondans jah wopandans ïn xristau ïesu jah ni ïn leika gatrauam.
4 jah þan ïk habands trauain jah ïn leika. jabai was anþar þugkeiþ trauan

et socium meum, verum vestrum apostulum et ministrum necessitatis meae, mittere ad vos. 26. Nam cupidus fuit omnium vestri et moestus, propter quod audivistis, eum aegrotare; 27. et enim aegrotus fuit prope mortem, sed deus eius misertus - est; at non solum eius, sed etiam mei, ut moerorem super moerorem non habeam. 28. Studiosius nunc misi eum, ut videntes eum rursus gaudeatis et ego hilarior sim recordans, quid de vobis est. 29. Excipiatis igitur eum in domino cum omni gaudio et hos tales honoratos habeatis; 30. nam propter opus Christi usque - ad mortem propinquavit, obliviscens animae suae, ut expleret vestram inopiam secundum meum ministerium. 3, 1. Hoc aliud, fratres mei, gaudete in domino; haec eadem vobis scribere, mihi quidem non molestia, verum vobis securitas. 2. Videte hos canes, videte hos malos operatores, videte hanc concisionem. 3. At nos sumus circumcisio, nos spiritu deo servientes et gloriantes in Christo Iesu et non in carne confidimus. 4. Et autem ego habens fiduciam etiam in carne, si quis alius putat fidere

*ïzvarana*] cod. B et Cast. ‡ *ïzvana;* veram lectionem Cast. iam ad Specim. p. 12 indicavit. — *apaustulu*] sic cod. A pro solito *apaustaulu* cf. L. 6, 13.

2, 26. *ïn*] incipit cod. A. — *þizei*] cod. A *þize.* — *ïna siukan*] eum aegrotare, gr. ὅτι ἠσθένησε.

2, 27. *þatainei ïna*] ∾ gr. omn.

2, 28. *sniumundos*] quod Cast. adnotat, Gothum adverbio positivi gradus pro comparativo graeco uti, errat; nam *sniumundos* est adverbium comparativi gradus, vid. Grim. III. 596, 1, quum adverbium positivi *sniumundo* sit, vid. Mc. 6, 25 et L. 1, 39. — *gasaiwandans ïna*] ° cod. A. — *ufmunnands — ïst*] recordans — est, ° gr. omn., neque in ulla versione aut Patre vestigium huius additamenti reperimus. Cast. in adnotatione ad Specim. h. l. M. 9, 23 et L. 1, 3 comparavit, ubi Goth. similia additamenta apposuerit; sed nunc de illis locis tacendo illam prioris editionis adnotationem ipse improbavisse videtur, idque merito; nam quae illis locis praeter gr. auctoritatem adduntur, eorum est alia ratio.

2, 29. *habaiþ*] sic recte cod A et Cast; cod. B ‡ *haibaiþ.*

2, 30. *ufarmunnonds*] gr. παραβουλευσάμενος. — *seinai*] suae, ° gr. — *gaidv*] sic in codd legi, non *galiv*, uti Cast. in Specim. ediderat, iam Mssm. Skeir. p. 182 indicavit.

3, 1. *ïzvis meljan*] ∾ gr. omn.

3, 3. *sijum*] cod. A *sium.* — *veis*] sec. nos, gr. omn. *οἱ.* — *jah ni*] cod. A *jan - ni.* — *gatrauam*] confidimus, gr. omn. πεποιθότες; ceterum cod. A *gatrauan*, quam lectionem Cast. defendi quoque posse autumat.

5 ïn leika. ïk mais. bimait ahtaudogs us knodai ïsraelis kunjis baineiameinis
6 haibraius us haibraium bi vitoda fareisaius. bi aljana vrakjands aikklesjon.
7 bi garaihtein þizai sei ïn vitoda ïst. visands usfairina. akei þatei vas mis
8 gavaurki. þatuh rahnida ïn xristaus sleiþa visan. aþþan sveþauh all domja
sleiþa visan ïn ufarassaus kunþjis ïesuis xristaus fraujins meinis. ïn þizei
allamma gasleiþiþs ïm jah domja smarnos visan allata ei xristau du ga-
9 vaurkja habau jah bigitaidau ïn ïmma ni habands meina garaihtein þo us
vitoda ak þairh galaubein ïesuis xristaus. sei us guþa ïst garaihtei ana galau-
ïn allans broþruns ïn allai makidonai. aþþan bidjam ïzvis broþrjus biauknan
11 mais jah biarbaidjan anaqal jah taujan svesa jah vaurkjan handum ïzvaraim
12 svasve jah ïzvis anabudum. ei gaggaiþ gafehaba du þaim þaiei uta sind jah
13 ni ainishun wis þaurbeiþ. aþþan ni vilcima ïzvis unveisans broþrjus bi þans
14 anaslepandans ei ni saurgaiþ sve þai anþarai þaiei ni haband ven. unte jabai
galaubjam þatei ïesus gasvalt jah usstoþ. sva jah guþ þans þaiei anasaislepun
15 þairh ïesu tiuhaiþ miþ ïmma. þatuþ-þan ïzvis qiþam ïn vaurda fraujins
þatei veis þai libandans þai bilaibidans ïn quma fraujins ni bisnivam faur
16 þans anaslepandans. unte silba frauja ïn haitjai ïn stibnai arkaggilaus jah ïn
þuthaurna guþs dalaþ atsteigiþ af himina jah dauþans þai ïn xristau usstan-
17 dand faurþis. þaþro þan veis þai libandans þai aflifnandans suns miþ ïmma
fravilvanda ïn milhmam du gamotjan fraujin ïn luftau jah framvigis miþ
18. 5, 1 fraujin vairþam. svaei nu þrafsteiþ ïzvis misso ïn þaim vaurdam. aþþan bi

---

ipsi vos a deo edocti estis ad amandum vos invicem; 10. et enim facitis hoc in omnes fratres in omni Macidonia; at oramus vos, fratres, augeri plus 11. et studere requiei et facere propria et operari manibus vestris, sicuti etiam vobis praecepimus, 12. ut ambuletis honeste ad hos, qui foris sunt, et non ullius aliquo egeatis. 13. At non volumus vos inscios, fratres, de his obdormiscentibus, ut non moereatis, uti hi alii, qui non habent spem. 14. Nam si credimus, quod Iesus mortuus-est et resurrexit, sic etiam deus hos, qui obdormiverunt, per Iesum agit cum eo. 15. Hoc autem vobis dicimus in verbo domini, quod nos hi viventes, hi relicti in adventu domini non praevenimus ante hos obdormiscentes. 16. Nam ipse dominus in iussu, in voce arcangeli et in tuba dei deorsum descendit a coelo et mortui hi in Christo resurgunt antea. 17. Deinde autem nos hi viventes hi relicti statim cum eo rapimur in nubibus ad occurrendum domino in aëre et perpetuo cum domino simus. 18. Adeo nunc consolamini vos invicem in his verbis. 5, 1. At de

---

4, 11. *vaurkjan*] Goth. c. codd. ° ἰδίαις. — *jah*] quart. etiam, ° gr. omn. praeter cod. f et α ap. Mi.

4, 12. *gafehaba*] sic cod. B denuo inspectus; nos olim *garedaba* (vid. Rom. 13, 13) scriptum esse coniiciebamus. — *ni ainishun wis*] non ullius aliquo, gr. omn. μηδενός; Goth. c. Vulg.

4, 13. *unveisans*] sc. *visan*, vid. ad Rom. 15, 8. — *broþrjus*] Cast. ‡ *broþrus*. — *sve*] Goth. ° καί.

4, 14. *tiuhaiþ*] quum non solum h. l. *þiuhaiþ*, sed etiam Gal. 5, 10 *bairaiþ* et Coloss. 3, 15 *svignjaiþ* legatur, pro quibus formis, si indicativi esse debent, *tiuhiþ*, *bairiþ*, *svigneiþ*, si coniunctivi, *tiuhai*, *bairai*, *svignjai* secundum regulas formationis scribendum fuit, nunc non dubium est, quin illa forma coniunctivi cum addito *þ*, a sermone evangeliorum aliena, posteriore aetate inducta sit et ita adhibita, ut pro graeco futuro aut imperativo poneretur.

4, 16. *haitjai*] sic cod. B; Cast. ‡ *hait jah*. — *þai*] hi, ° gr. omn.

4, 17. *ïmma*] eo, gr. omn. αὐτοῖς; Goth. c. Slav. 5. — *jah*] Goth. ° οὕτω.

4, 18. *nu*] igitur, ° gr. omn.

2 þo þeihsa jah mela broþrjus ni þaurbum ei ïzvis meljaima. unte silbans
3 gaaggvo vituþ þatei dags fraujins sve þiubs ïn naht sva qimiþ. þan qiþand
gavairþi jah tulgiþa. þanuh unveniggo ïns blissoþ fralusts svasve sair qiþu-
4 haftons jah unþaþliuhand. aþþan jus broþrjus ni sijuþ ïn riqiza ei sa dags
5 ïzvis sve þiubs gafahai. unte allai jus sunjus liuhadis sijuþ jah sunjus dagis
6 ni siuþ nahts ni riqizis. þannu nu ni slepaima sve þai anþarai ak vakaima
7 jah varai sijaima. unte þaiei slepand. naht slepand jah þaiei drugkanai vair-
8 þand. nahts drugkanai vairþand. ïþ veis dagis visandans unskavai sijaima
gahamodai brunjon galaubeinais jah friaþvos jah hilma venai nasseinais.
9 unte ni satida uns guþ ïn hatis ak du gafreideinai ganistais þairh fraujan
10 unsarana ïesu xristu. saei gasvalt faur uns ei þaþþe slepaima þaþþe va-
11 kaima samana miþ ïmma libaima. ïnuh þis þrafsteiþ ïzvis misso jah timr-

---

his momentis et temporibus, fratres, non egemus, ut vobis scribamus, 2. nam ipsi accurate scitis, quod dies domini, uti fur in nocte, sic venit. 3. Quum dicunt: pax et securitas, tunc repente eos supervenit interitus, sicuti dolor gravidae et effugiunt. 4. At vos, fratres, non estis in tenebris, ut hic dies vos uti fur capiat; 5. nam omnes vos filii lucis estis et filii diei non estis noctis, non tenebrarum. 6. Itaque ergo non dormiamus, uti hi alii, sed vigilemus et sobrii simus; 7. nam qui dormiunt, nocte dormiunt, et qui ebrii fiunt, noctu ebrii fiunt; 8. verum nos diei exsistentes sobrii simus, induti lorica fidei et amoris et galea, spe salutis; 9. nam non posuit nos deus in iram, sed ad acquisitionem salutis per dominum nostrum Iesum Christum, 10. qui mortuus-est pro nobis, ut sive dormiamus, sive vigilemus simul cum eo vivamus. 11. Propter hoc consolamini vos invicem et aedifi-

---

5, 1. *þaurbum — meljaima*] gr. χρείαν ἔχετε — γράφεσθαι; Goth. c. Vulg.

5, 3. *blissoþ*] sic cum Cast. edidimus, quamquam codice denuo inspecto *buss..þ* cognoscere sibi videri ait, saltem an *l* post *b* scriptum sit, dubium ei videtur. Veram lectionem ex his reliquiis eruere, nobis non contigit, ne augurari quidem; sed hoc scimus, Goth. c. codd. φανήσεται legere non potuisse, quod verbum huic voci respondens accusativum *ïns* post se poni non pateretur; potius in illa lacerata voce verbum latere putamus, quod significationem superveniendi habeat. — *fralusts*] hanc vocem in cod. B prorsus evanidam Cast. recte restituit. — *sair qiþuhaftons*] sic cod. B; Cast. ‡ *qaisv þis hafteis,* quamquam in adnotatione eam lectionem certam esse dicit. — *jah*] sec., deest *ni,* aperto librarii mendo, nisi in loco propter lituram difficili lectu, scriptum fuit *ni gaþliuhand; unþaþliuhand* quidem est verbum recte compositum ipsumque graeco ἐκφεύγειν reddendo aptissimum, vid. Cor. 2, 11, 33, sed additum sibi habere solet id, quod effugitur, is autem casus ubi omittitur, *gaþliuhan,* quod proposuimus, Goth. utitur, vid. M. 8, 33. Mc. 5, 14. 14, 50. 16, 8.

5, 5. *siuþ*] estis, gr. ἐσμέν. — *nahts*] cod. B ‡ *nahs.*

5, 6. *svc*] Goth. c. codd. et verss. ° *καί.*

5, 7. *nahts*] Cast. non debebat *nahti* coniicere, nam ea non est insueta, quam ipse vocat, sed falsa forma; *nahts* recte habet, vid. L. 2, 8.

5, 8. *unskavai*] e Cor. 1, 15, 34 Cast. *uskavai* vel potius *usskavjai* legendum esse, recte monet, cf. vs. 6; *n* et *s* literas saepius permutari vidimus M. 7, 23. Mc. 6, 2. — *nasseinais*] sic cod. B pro *naseinais,* vid. ad Gal. 5, 15.

5, 10. *slepaima — vakaima*] ∾ gr.

12 jaiþ ainwarjizuh anþar anþarana svasve jah taujiþ. aþþan bidjam ïzvis
broþrjus kunnan þans arbaidjandans ïn ïzvis jah faurstassjans ïzvarans ïn
13 fraujin. sveraiþ ïns ufarassau ïn friaþvai ïn vaurstvis ïze jah gavairþi ha-
14 baiþ ïn ïzvis. bidjamuþ-þan ïzvis broþrjus talzjaiþ þans ungatassans þrafst-
jaiþ þans grindafraþjans usþulaiþ þans siukans usbeisneigai sijaiþ viþra
15 allans. saiwiþ ïbai was ubil ana ubilamma wamma usgildai ak sinteino þiuþ
16. 17 laistjaiþ miþ ïzvis misso jah viþra allans. sinteino faginoþ ïn fraujin. un-
18 sveibandans bidjaiþ. ïn allamma aviliudoþ. þata auk ïst vilja guþs ïn
19. 20 xristau ïesu ïn ïzvis. ahman ni afwapjaiþ. praufetjam ni frakunneiþ.
21. 22 aþþan all uskiusaiþ. þatei goþ sijai gahabaiþ. af allamma vaihte ubilaizo
23 afhabaiþ ïzvis. aþþan silba guþ gavairþjis gaveihai ïzvis allaudjo jah gahai-
lana ïzvarana ahman jah saivala jah leik unfairinona ïn quma fraujins un-
24. 25 saris ïesuis xristaus gafastaidau. triggvs saei laþoda ïzvis. saei jah taujiþ. broþrjus

---

cate unusquisque alter alterum, sicut etiam facitis. 12. At rogamus vos, fratres, cognoscere hos laborantes in vobis et praesides vestros in domino. 13. Honorate eos abundantia in amore propter opus eorum et pacem habete in vobis. 14. Rogamus autem vos, fratres, moneatis hos incompositos, consolemini hos pusillanimes, sustineatis hos imbecillos, longanimi sitis erga omnes; 15. videte, ne quis malum pro malo cui retribuat, sed semper bonum sequamini cum vobis invicem et erga omnes; 16. semper gaudete in domino, 17. non-cessantes orate, in omni gratias-agite; 18. hoc enim est voluntas dei in Christo Iesu in vos; 19. spiritum ne exstinguite, 20. profetias ne spernite, 21. sed omne probetis, quod bonum sit, teneatis; 22. ab omni rerum malarum detinete vos, 23. at ipse deus pacis sanctificet vos omnimodis et integrum vestrum spiritum et anima et corpus inculpata in adventu domini nostri Iesu Christi servetur. 24. Fidelis qui vocavit vos, qui etiam facit; 25. fratres,

---

5, 12. 13. *fraujin*] Goth. ° *καὶ νουθετοῦντας ὑμᾶς καί.* — *sveraiþ*] honorate, gr. *ἠγεῖσθαι* ab *ἐρωτῶμεν* pendens; Goth. quum nunc imperativo utatur, ante *gavairþi habaiþ* recte addit *jah*, quod a gr. item recte abest. — *ïzvis*] vobis, gr. omn. *ἑαυτοῖς* (vobis ipsis), cf. 2, 14.

5, 14. *broþrjus*] cod. B ‡ *broþjus.* — *ungatassans*] sic cod. B; Cast. ‡ *ungatlisans.* — *usþulaiþ*] sustineatis, gr. omn. *ἀντέχεσθε* (*andnimaiþ*, cf. Tit. 1, 9), Goth. videtur per errorem *ἀνέχεσθε* legisse, quod idem etiam librario codicis 74 accidit.

5, 15. *ubil ana*] Cast. ‡ ict.; ceterum pro *ana* (super) gr. omn. *ἀντί*, cuius praepositionis significationi quum *ana* non respondeat, non dubitamus, quin in cod. B *und* scriptum sit, uti legitur Rom. 12, 17 *ni ainummehun ubil und ubilamma usgibands*, cf. M. 5, 38. — *laistjaiþ*] Goth. c. codd. ° *καί.*

5, 16. *ïn fraujin*] in domino, ° gr.

5, 18. *ïst*] est, ° gr.

5, 22. *ubilaizo*] incipit cod. A.

5, 23. *jah — ahman*] quum Goth. nunc accusativum ponat, nihil est certius, quam *καὶ ὁλόκληρον ὑμῶν τὸ πνεῦμα* ab *ἁγιάσαι* pendere eum existimavisse, quum apud omn. gr. et verss. cum *ψυχή* et *σῶμα* ad *τηρηθείη* pertineat et nominativus casus esse debeat (*jah gahails ïzvar ahma*).

26. 27 bidjaiþuþ-þan jah bi uns. goljaiþ broþruns allans ïn gafrijonai veihai. bi-
svara ïzvis ïn fraujin ei ussiggvaidau so aipistaule þaim veiham broþrum.
28 ansts fraujins unsaris ïesuis xristaus miþ ïzvis. amen.

---

oretis autem etiam pro nobis. 26. Salutetis fratres omnes in osculo sancto. 27. Obtestor vos in domino, ut recitetur haec epistola his sanctis fratribus. 28. Gratia domini nostri Iesu Christi cum vobis, amen.

---

5, 25. *þan*] autem, ° gr. omn. — *jah*] etiam, ° gr.

5, 27. *aipistaule*] cod. B c. cod. 17 ° πᾶσι; in cod. A etiamsi illius vocis (*allaim*) vestigia propter lituram membranae non cognoscuntur, tamen spatium ad capiendam eam sufficit.

5, 28. *amen*] amen, ° gr.

# EVANGELIA.

# Du þaissalaunekaium anþara anastodeiþ.

1, 1 Pavlus jah silbanus jah teimauþaius aikklesjon þaissalauncikaie in guþa attin
2 unsaramma jah fraujin ïesu xristau. ansts ïzvis jah gavairþi fram guþa attin
3 unsaramma jah fraujin ïesu xristau. aviliudon skulum guþa sinteino in ïzvara
broþrjus svasve vairþ ist. unte ufarvahseiþ galaubeins ïzvara jah managniþ
4 friaþva ainwarjizuh allaize ïzvara in ïzvis misso. svaei veis silbans in ïzvis
wopam in aikklesjom guþs in stivitjis ïzvaris jah galaubeinais in allaim
5 vrakjom ïzvaraim jah aglom þozei usþulaiþ. taikn garaihtaizos stauos guþs
du vairþans briggan ïzvis þiudangardjos guþs in *þizozei jah vinniþ.*
6 *sveþauh* jabai garaiht ist at guþa usgildan þaim gaþreihandam uns aggviþa.

## Ad Thessalonicenses altera incipit.

1, 1. Pavlus et Silbanus et Timotheus ecclesiae Thessalonicensium in deo patri nostro et domino Iesu Christo; 2. gratia vobis et pax a deo patre nostro et domino Iesu Christo. 3. Gratias agere debemus eo semper propter vos, fratres, sicuti dignum est; nam supercrescit fides vestra et abundat amor unius cuiusque omnium vestrum in vos invicem: 4. ita ut nos ipsi in vobis gloriemur in ecclesiis dei propter patientiam vestram et fidem in omnibus persecutionibus vestris et doloribus, quos patimini; 5. exemplum iusti iudicii dei, ad dignos faciendum vos regno dei, propter quod etiam patimini. 6. Tamen si iustum est apud deum, retribuere his tribulantibus nos angorem,

## *Adnotatio.*

Inscript. *du þaissalaunekaium anþara*] cod. A: *du þaissalauneikaum* (sic!) *b anas*[*todeiþ*]; verbi *anastodeiþ*, quod e cod. A in inscriptione posuimus, literae ultimae, quas uncis inclusimus, adeo erant exstinctae, ut Castillionaeus coniectura eas restitueret; cf. Prolegg. p. XXIII, 76. Ceterum in inscriptione ad epistolam priorem pro *þaissalauneikim*, uti secundum *rumonim*, *galatim* all. scripsimus, potius *þaissalauneikaium* scribere debebamus, (hoc enim rectius est, quam quod codd. praebent, et sic etiam in subscriptione huius epistolae legitur), atque etiam *kaulaussaim* Col. subscr. in *kaulaussaium* mutandum esse videtur.

1, 4. *in*] pr. in, ° cod. B, addidimus e cod. A. – *stivitjis*] sic pro *stivitjons*, quod Cast. e loco penitus exeso edidit, legendum est; id autem exigit primum *izvaris*, forma neutrius, deinde quod Gothi ὑπομονήν non *stivitjon* sed *stiviti* dicunt, vid. Cor. 2, 1, 6. 6, 4. — *vrakjom*] sic codd.; Cast. ‡ *vrakjam*.

1, 5. *in*] desinit cod. B; quae hinc edidit Cast. usque ad *jabai* versu sequente, ea omnia, quum membrana penitus abrasa esset, coniectura invenit; sic quoque, inquit ille, in hac et sequentibus pagellis duabus multis opus fuit coniecturis.

1, 6. *jabai*] gr. omn. εἴπερ; quod quum Gothus per *sveþauh jabai* reddere soleat, (vid. Rom. 8, 9. cf. Cor. 2, 10, 8), id etiam hoc loco pro simplici *jabai* scribendum esse censuimus, nam Cast. etiamsi codice iterum consulto literas

7 ïþ ïzvis gaþraihanaim *ïusila* miþ uns ïn andhuleinai fraujins unsaris ïesuis
8 xristaus af himinam miþ aggilum mahtais ïs. ïn funins lauhmonai gibandins
fraveit ni kunnandam guþ jah ni ufhausjandam aivaggeljon fraujins unsaris
9 ïesuis xristaus. þaiei . . . . . fralust aiveinon fram andvairþja fraujins jah
10 fram vulþau mahtais ïs. þan *qimiþ* ushauhjan ïn þaim veiham ïs jah . . . .
le . . . . . ba . . . . . ïn allaim þaim galaubjandam unte galaubida ïst veitvo-
11 dei unsara ïzvis in jainamma daga. du þammei jah bidjam sinteino bi ïzvis ei
ïzvis vairþans briggai þizos laþonais guþ unsar jah fulljai alla leikain þiuþeinais

---

7. verum vobis tribulatis requiem cum nobis in revelatione domini nostri Iesu Christi de coelis cum angelis potentiae eius, 8. in ignis fulgure dantis vindictam non noscentibus deum et non obedientibus evangelio domini nostri Iesu Christi; 9. qui poenam dant, interitum aeternum, a facie domini et a gloria potentiae eius; 10. ubi venit glorificari in his sanctis eius et . . . . . in omnibus his credentibus, nam creditum est testimonium nostrum vobis in illo die. 11. Ad quod etiam precamur semper pro vobis, ut vos dignos reddat hac vocatione deus noster et perficiat omne placitum bonitatis

---

fere nullas conspexit, tamen locum ad tot literas capiendas sufficere dicit. Aliis quidem locis *περ* encliticum gothice *raihtis* est (vid. ad Cor. 2, 8, 7), ut *jabai raihtis* quoque legi possit; quoniam autem Cast. post *jabai* nihil conspici ad h. l. diserte dicit, coniectura *jabai raihtis* abstinendum est. — *ïst*] est, gr. omn. — *uns*] nos, gr. omn. *ὑμᾶς*, praeter cod. B 2 ap. Mill.

1, 7. *ïþ*] verum, gr. omn. *καί*, Goth. c. vers. lat. Sabat. — *gaþraihanaim*] Massm. M. G. A. 1840 p. 127 iniuria pro falso habet, vid. Matth. 7, 14. Cor. 2, 4, 8. neque versu proxime praecedente legitur, uti ille ait, *gaþraihandam*, sed recte *gaþreihandam* — *ïusila*] hanc vocem penitus obliteratam restitui ope Cor. 2, 8, 13. CAST. — *unsaris*] nostri, " gr., Goth. c. codd. ap. Mill. — *xristaus*] Christi, " gr., Goth. c. codd. ap. Mill. et Mi. — *himinam*] coelis, sic pro *himina* (*οὐρανοῦ*) in membrana excisa Castillionaeo scriptum esse videtur; mirum: nam quum in evangeliis *οὐρανὸς* singularis a Gothis semper fere per *himinos*, numero plurali, convertatur, in epistolis interpretes nostri non solum graecorum vestigia persequuntur, sed etiam praeter eorum auctoritatem pro plurali singularem ponunt, vid. ad Eph. 3, 15. et Col. 1, 16.

1, 8. *funins lauhmonai*] ignis fulgure, gr. *πυρὶ φλογός*. Goth. c. codd. *φλογὶ πυρός*, verbis transpositis, legit. Ceterum pro *lauhmonai* cum Massm. l. l. p. 126 *lauhmonjai* legendum esse putamus, vid. Luc. 10, 18. 17, 24. — *gibandins*], sic pro *gibandis*, quod Cast. e loco plane exeso male edidit, legendum est.

1, 9. *þaiei*] Cast. duo verba inde sequentia, quae graecis verbis *δίκην τίσουσι*, respondeant, quum in cod. omnino essent exstincta, coniectando per *fraveit usgiband* reddidit; quam coniecturam Massm. l. l. p. 134 iniuria laudat, nam verbum quod *ἐκδίκησιν*, i. e, ultionem, significat, idem *δίκην*, i. e. poenam, significare non potest. Rectius Cast. pro *τίσουσι usgiband* posuit, vid. Philem. 19. Quod autem aliud verbum gothicum pro *fraveit* scriptum fuerit, difficile est dictu, nam *δίκη* nullo alio novi testamenti loco legitur, ut inde coniectura fieri possit.

1, 10. *qimiþ*] Cast. ‡ *qemi* coniectura restituit; id enim verborum iunctura non admittit, quia Gothi, ubi coniunctivus aoristi graeci, pro Latinorum futuro exacto positus, exprimendus est, indicativo, rarius coniunctivo praesentis uti solent, vid. Grim. Gr. IV, 147. Sic etiam in fra 2, 3 pro *qemi* iterum *qimiþ* vel *qimai* legendum est, quod etiam *vairþai* probat, quod sequitur. — *ushauhjan*] fortasse *ushauhnan* legendum est, uti Cast. etiam vers. 12. edidit. — . . . . *le* . . . *ba* . . .] ex his singulis literis Cast. fecit *miktlein atgiban guþa*, quae significent: magnalia dare deo; eaque lectio Massmanno l. l. p. 134 placet. Sed interpres, si vere sic scripsisset, quam longe quaesumus ab auctore graeco aberravisset? et quomodo is, qui *θαυμασθῆναι ἐν πᾶσι τοῖς πιστεύσασι* dicitur, ab interprete magnalia dare deo in omnibus credentibus dici potest? Probabilius esset, si legeretur *mikiteln haban ïn allaim þaim galaubjandam*. — *ïzvis*] vobis, gr. omn. *ἐφ' ὑμᾶς*. procul dubio ante *ïzvis* praepositio *du* vel *ïn* excidit, quod propter sequens *ï* facile fieri poterat; cave autem *ana* suppleas, hoc propter significationem adversariam hic locum non habet. — *jainamma daga*] illo die, ∾ gr. omn.

12 seinaizos jah vaurstv galaubeinais in mahtai. ei ushauhnai namo fraujins
unsaris Ieſus in izvis jah jus in imma bi anstai guþs unsaris jah frau-
2, 1 jins unsaris Ieſus xristaus. aþþan bidjam izvis broþruns in qumis fraujins
2 unsaris Ieſus xristaus jah . . gaqumþais unsaraizos du imma. du ni
sprauto vagjan *izvis ahin nih drobnan nih þairh ahman nih þairh*
*vaurda nih þairh aipistaulein sve þairh uns þatei instandai*
3 *dags xristaus. ni washun izvis* usluto *wamma haidau* unte *niba*
*qimiþ afstass faurþis* jah andhulids vairþai manna fravaurhtais sunus
4 fralustais. sa andstandands jah ufarhafjands sik ufar all qiþana guþ aiþþau

---

suae et opus fidei in potentia, 12. ut glorificetur nomen domini nostri Iesu in vobis et vos in eo secundum gratiam dei nostri et domini nostri Iesu Christi. 2, 1. At precamur vos fratres propter adventum domini nostri Iesu Christi et congregationem nostram ad eum, 2. ad non cito movendum vos mente nec terrendum, nec per spiritum nec per verba nec per epistolam, uti per nos; quod instet dies Christi. 3. Ne quis vos decipiat ullo modo, nam nisi venerit discessio prius et revelatus fiat homo peccati, filius perditionis. 4. Hic resistens et extollens se supra omne dictum deum aut

---

1, 11. *seinaizos*] suae, $^{0}$ gr. omn., Goth. cum Vulg. et vers. arab. et aethiop.

1, 12. *Ieſus*] Goth c. codd. $^{0}$*χριστοῦ*. — *unsaris*] sec., nostri, $^{0}$ gr. omn., Goth. cum Sabat.

2, 1. *broþruns*] fratres, Gothus accusativo cum *ƕzvis* e *bidjam* pendente pro vocativo Graecorum (*ἀδελφοί*) utitur; Massm. l. l. p. 126 quum *broþruns* vocativi formam esse recte negasset, id quod Cast. h. l. dixerat, non debebat idem opinari, Gothum versionibus latinis (*rogamus vos fratres*) deceptum sic convertisse, nam e graecis libris, non e latinis versionibus hausta est versio gothica, uti ipse cum Cast. iudicat l. l. p. 332. — *qumis*] sic legendum est pro *quma*, quod Cast. repudiatis legibus grammaticis edidit; ultima enim litera in codice exstincta est. — . . . *gaqumþais unsaraizos*] congregationem nostram, ∾ gr. omn.; ceterum Cast. *miþgaqumþais* edidit, sed lectio est incerta, nec nobis gothicum *miþ* — ad exprimendum graecum *ἐπι* — in compositis aptum esse videtur.

2, 2. 3. *ƕzvis ahin — washun ƕzvis*] haec omnia adeo sunt deleta, ut magna ex parte essent divinanda; tamen literae, quae legi possunt, lectioni meae conveniunt. CAST. *ƕzvis*] sic nos scripsimus pro soloeco *jus*, nam post *du* cum infinitivo subiectum sententiae casu accusativo ponitur, vid. Thess. I, 2, 12 *veitvodjandans du gaggan ƕzvis vairþaba guþs*. cf. Marc. 4, 1 *galesun sik du imma manageins filu, svasve ina galeiþan in skip.* —◂ *drobnan*] ubi Gothi hoc verbo utuntur, compositum est aut *indrobnan* (Joh. 13, 21. 14, 1. 27.) aut *gadrobnan* (Luc. 1, 12. Ioh. 12, 27.); Cast. a nobis de hoc loco interrogatus, plane nihil amplius legere se posse respondit; fortasse igitur alterutrum illorum compositorum h. l. in cod. scriptum fuit — *vaurda*] verba, gr. omn. *λόγου* numero singulari, lectionem editam Cast. effinxit ex ultima litera *a*, quae sola legi potest. — *instandai*] huius verbi duae tantum ultimae literae supersunt, Cast. comparato loco Tim. 2, 4, 2. *instandan* coniecit, quod Massm. l. l. p. 134 iniurin comprobat; nam *ἐνεστάναι*, quod h. l. convertendum erat, et *ἐπιστῆναι* quod Tim. l. l. Gothus per *instandan* reddidit, res plane dissimiles significant; fortasse rectius scribitur *atgaggai*, vid. Tim. 2, 3, 1. — *xristaus*] Christi, gr. *χυρίου*. — *wamma haidau*] sic legendum est, Cast. e coniectura ‡ *wammeh*, cuius verbi primam solummodo literam cognoscere potuit; *wazuh* quod *omnis, quisque* significat, in eiusmodi sententiis negativis locum non habet. Ceterum cave cum Castillionaeo Gothum aliter, atque habent graeci, legisse arbitreris, nam Graecorum morem negationes duplicandi Gothi non ubique imitantur. — *niba — faurþis*] vix apparent hic vestigia literarum. CAST. Recte explevit, praeterquam quod *qimiþ* vel *qimai* pro *qemi* ponere debebat, vid. ad I, 10.

2, 4. *ufar*] supra, gr. omn. *ἐπί*, Goth. c. vet lat. — *qiþana*] hoc falsum est, sive Gothus cum vetere illa lat. versione *qui dicitur* legit (sic *qiþanana* scribendum erat), sive ad *all* retulit (sic *qiþan* vel *qiþano* esse debebat); nos *qiþanana* praeferimus, cf. etiam Massm. l. l. p. 133. —

15. 16 allata blotinassu svaei ïn guþs al sitan s . . . — — unsaros. aþþan silba frauja unsar ïesus xristus jah guþ jah atta unsar saei frijoda uns jah atgaf 17 gaþlaiht aiveina jah ven goda ïn anstai. gaþrafstjai hairtona ïzvara jah 3, 1 gatulgjai ïn allaim vaurstvam jah vaurdam godaim. þata anþar ei bidjaiþ þah bi unsis broþrjus ei vaurd fraujins þragjai jah mikiljaidau svasve jah at ïzvis. 2 jah ei us*laus*jaindau af gastojanaim jah ubilaim mannam. ni auk ïst allaim 3 galaubeins. aþþan triggvs frauja saei gatulgeiþ ïzvis jah galausjai ïzvis af 4 þamma ubilin. aþþan gatrauam ïn fraujin ei þatei anabudum ïzvis jah taujiþ 5 jah taujan habaiþ. frauja garaihtjai hairtona ïzvara ïn friaþvai guþs jah ïn

---

omne cultum, ita-ut in dei templo sedeat — 15. — nostram. 16. At ipse dominus noster Iesus Christus et deus et pater noster, qui amavit nos et dedit consolationem aeternam et spem bonam in gratia, 17. consoletur corda vestra et confirmet in omnibus operibus et verbis bonis. 3, 1. Hoc reliquum, ut precemini etiam pro nobis, fratres, ut verbum domini currat et glorificetur, sicuti etiam apud vos, 2. et ut liberemur ab importunis et malis hominibus, non enim est omnibus fides. 3. At fidelis dominus, qui confirmat vos et liberet vos ab hoc malo. 4. At confidimus in domino, ut quod praecepimus vobis, etiam faciatis et facturi sitis. 5. Dominus dirigat corda vestra in amore dei et in

---

*svaei ïn*] nullum harum literarum vestigium deprehendo, sed locus adest. CAST. Addere etiam ille debebat *ïna*, nam *svaei* post se sumque infinitivum habere solet accusativum subiecti, vid. ad vers. 2; si vet. latina et Vulg. *is* omittunt, res alia est. — *al*] sic cod. pro *alh*, uti Marc. 15, 38. vid. ad Matth. 5, 15. — *s . . . . . .*] Cast. edidit *stik ustaikinjands;* quum autem de his nihil remanserit nisi prima litera *s*, lectio omnino dubia est, nec minus coniici poterat *sve guþ . . . .*, nam gr. multi hic inserunt ὡς θεόν. Ceterum definit cod. A.

2, 15. *unsaros*] pergit cod. B. Cast. opinatur praecessise *þairh aipistauleins* et Gothum plurali pro δι' ἐπιστολῆς ἡμῶν usum esse et h. l. aliter atque Neh. 6, 17 (ubi legitur *aipistaulans*) flexisse. Nobis secus videtur; nam cur interpres h. l. plurali usus sit, nulla est causa, et ἐπιστολή per *aipistaule* singulari numero redditum in Pauli epistolis saepius invenitur; quum autem ad pronomen *unsaros* substantivum plurali numero requiratur, sine dubio praecessit *þairh bokos*, sic infra 3, 14 διὰ τῆς ἐπιστολῆς iterum per *þairh þos bokos* redditur; cf. Cor. 2, 7, 8. 3, 1.

2, 17. *hairtona ïzvara*] ∾ gr omn. praeter cod. *k* ap. Mi.; sic infra 3, 5. ubi nullus gr. consentit. — *gatulgjai*] Goth. c. codd. ° ὑμᾶς. — *vaurstvam jah vaurdam*] operibus et verbis, ∾ gr.

3, 1. *ei bidjaiþ*] ut oretis, gr. omn. προσεύχεσθε; sic Gal. 5, 16 pro λέγω δὲ· πνεύματι περιπατεῖτε dicit: *aþþan qiþa, ei ahmin gaggaiþ.* cf. ad Marc. 15, 36. — *jah bi unsis broþrjus*] etiam pro nobis fratres, gr. omn. ἀδελφοὶ περὶ ἡμῶν; haec transpositio verborum etiam in Sabat. invenitur; cod. autem B ‡ *broþrous* habet.

3, 2. *af gastojanaim*] hanc lectionem Cast. cod. iterum inspecto certam esse confirmat, sed eam falsam esse multa arguunt. Primum enim, quae est haec forma participii de verbo *stojan* flexa? ea certe *staüiþs* vel *stojiþs* esse debebat; deinde si hanc formam concedimus, qui fieri potest, ut *judicatus* dicatur, quem Graeci ἄτοπον vocant? Nobis potius ict. *afgastoþanaim* legendum esse videtur; uti enim *ungastoþans visan* Cor. 1, 4, 11 est ἀστατεῖν, certum locum non habere, sic *afgastoþans* proprie est, qui suo loco motus est, ἄτοπος. Verba autem translatae significationis Gothi saepe ad verbum reddunt, sic, ut unum e multis citemus, Tim. I, 3, 6 νεόφυτον Gothus *niujana satiþana* dicit. Scilicet talia sunt Castillionaeo oscitantiae interpretis, cf. eum ad vers. 7. Quam coniecturam per se spectatam qui probant, ii fortasse ἀπό post δύειν a Gotho omissum desiderabunt; sed pariter interpres praepositione *af* post verba solvendi, liberandi omissa Cor. I, 7, 27 *galausiþs ïs qenai* pro λέλυσαι ἀπό γυναικός dicit. Ceterum Cast. vocem *uslausjaindau* magna ex parte extinctam probe restituit. — *ïst*] est, ° gr. omn.

3, 3. *triggvs*] Goth. ° ἐστὶν.

3, 4. *anabudum*] praecepimus, gr. omn. et vers. παραγγέλλομεν.

3, 5. *frauja*] Goth. ° δέ. — *hairtona ïzvara*] vid. ad 2, 17.

6 usþulainai xristaus. aþþan anabiudam ïzvis broþrjus ïn namin fraujins unsaris
ïesuis xristaus ei gaskaidaiþ ïzvis af allamma broþre wairbandane ungatassaba jah
7 ni bi anafilham þoei andnemuþ at uns. silbans auk kunnuþ waiva skuld ïst ga-
8 leikon unsis. unte ni ungatevidai vesum ïn ïzvis ni arvjo hlaib matidedum at
wamma ak vinnandans arbaidai naht jah daga vaurkjandans ei ni kauridedeima
9 wana ïzvara. ni þatei ni habaidedeima valdufni ak ei uns silbans du frisahtai
10 gebeima du galeikon unsis. jah auk þan vesum at ïzvis þata ïzvis anabudum
11 ei jabai was ni vili vaurkjan ni matjai. hausjam auk sumans wairbandans ïn
12 ïzvis ungatassaba ni vaiht vaurkjandans ak fairveitjandans. þaimuh svaleikaim
anabiudam jah bidjam ïn fraujin ïesua xristau ei miþ rimisa vaurkjandans
13 seinana hlaib matjaina. aþþan jus broþrjus ni vairþaiþ usgrudjans vaila tau-
14 jandans. ïþ jabai was ni uthausjai vaurda unsaramma þairh þos bokos þana
15 gatarhjaiþ. ni blandaiþ ïzvis miþ ïmma ei gaskamai sik. jah ni svasve fijand
16 ïna rahnjaiþ ak talzjaiþ sve broþar. aþþan silba frauja gavairþeis gibai ïzvis
17 gavairþi sinteino ïn allaim stadim. frauja miþ allaim ïzvis. so goleins meinai

---

patientia Christi. 6. At praecipimus vobis, fratres, in nomine domini nostri Iesu Christi, ut separetis vos ab omni fratrum ambulantium inordinate et non secundum traditiones, quae accepistis a nobis. 7. Ipsi enim nostis, quomodo debitum est imitari nos; 8. nam non inordinati fuimus in vobis, non gratis panem comedimus apud quemquam, sed patientes labore nocte et die operantes, ut non gravaremus quemquam vestrum. 9. Non quod non haberemus potestatem, sed ut nos ipsos ad exemplum daremus ad imitandum nos. 10. Et enim quum essemus apud vos, hoc vobis praecepimus, ut si quis non velit operari, non edat. 11. Audimus enim aliquos ambulantes in vobis inordinate, non quidquam operantes, sed nugas-sectantes. 12. Hisque talibus praecipimus et precamur in domino Iesu Christo ut cum silentio operantes suum panem comedant. 13. At vos fratres, ne fiatis lassi bene facientes. 14. Verum si quis non obediat verbo nostro per has literas, hunc notetis, ne misceatis vos cum eo, ut pudeat eum. 15. Et ne sicuti inimicum eum existimetis, sed doceatis uti fratrem. 16. At ipse dominus pacis det vobis pacem semper in omnibus locis. Dominus cum omnibus vobis. 17. Haec salutatio mea

---

3, 6. *wairbandane ungatassaba*] ambulantium inordinate, ∾ gr. omn., Goth. c. Vulg. — *anafilham*] traditiones, gr. omn. παράδοσιν. — *andnemuþ*] accepistis, gr. παρελάβοσαν.

3, 7. *ïst*] pergit cod. A.

3, 8. *ni*] sec., cod. A *nih* (neque). — *vinnandans arbaidai*] patientes (in) labore, gr. omn. ἐν κόπῳ καὶ μόχθῳ. Ceterum pro solo *arbaidai* scribendum fuisse *ïn arbaidai*, Cast. recte monet.

3, 9. *gebeima*] Goth. ° ὑμῖν.

3, 10. *ïzvis anabudum*] vobis praecepimus ∾ gr. omn. — *ni*] sec., in cod. A locus uni literae vacat, ut scriptum esse possit *nih* (nec); nullum tamen literae *h* vestigium. CAST.

3, 12. *þaimuh*] hisque, gr. omn. τοῖς δέ; sic — *uh* encliticum pro graeco δέ Gothus posuit Matth. 27, 44. vid. ad Ioh. 18, 26. — *ïn fraujin*] in domino, gr. διὰ τοῦ κυρίου; ceterum Goth. c. Vulg. ° ἡμῶν.

3, 14. *ni*] sec., ne, gr. καὶ μή.

3, 15. *ïna*] eum, ° gr. omn.

3, 16. *stadim*] locis, gr. τρόπῳ.

handau pavlaus þatei ist bandvo ana allaim aipistaulem meinaim. sva melja.
18 ansts fraujins unsaris Iesuis xristaus miþ allaim izvis. amen.
du þaissalauneikaium anþara ustauh.

---

manu Pavli, quod est signum in omnibus epistolis meis; sic scribo. 18. Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. Amen.

Ad Thessalonicenses altera explicit.

---

3, 17. *aipistaulem meinaim*] epistolis meis, cod. B ‡ *aipistaulemeinaim*, ut librarius non solum *m* in exitu verbi *aipistaulem* propter sequentem eandem literam omiserit (sic Tim. 2, 2, 2 *þriggvaimannam* pro *þriggvaim mannam*. cf. ad Ioh. 12, 42), sed etiam pro integra terminatione — *eim* mutilatam — *em* posuerit (vid. ad Luc. 10, 5. ubi addenda sunt haec: *frume* Cor. I. subscr. *anavilje* Phil. 4, 5. *ne* Skeir. 38, 7). Ceterum cod. A h. l. exesus est et gr. omn. omittunt *meinaim* (meis). —

Subscriptio. Gr. alii aliter. — *anþara*] altera; cod. B (nam cod. A est obliteratus) mendose *frumei* (prior). Quum enim subscriptio huius alterius ad Thessalonicenses epistolae et inscriptio prioris ad Timotheum in eadem pagella sint scriptae et librario esset scribendum: *du þaisalauneikaium anþara ustauh*. deinde: *du teimauþau frumei dustodeiþ*, falso ille quidem supra *frumei* pro *anþara*, infra autem *ustauh* pro *dustodeiþ* scripsit; cf. ad Tim. I. inscript.

# Du þeimauþaiau frumei dustodeiþ.

1, 1 Pavlus apaustaulus xristaus ïesuis bi anabusnim guþs nasjandis unsaris jah
2 xristaūs ïesuis venais unsaraizos. þeimauþaiu valisin barna ïn galaubeinai
ansts armaio gavairþi fram guþa attin jah xristau ïesu fraujin unsaramma.
3 svasve baþ þuk saljan ïn aifaison galeiþands makidonais ei faurbiudais
4 sumaim ei anþarleiko ni laisjaina. niþ-þan atsaiwaina spille jah gabaurþivaurde
andilausaize þoei soknim andstaldand mais þau timreinai guþs þizai visandein
5 ïn galaubeinai. aþþan andeis ïst anabusnais friaþva us hrainjamma hairtin jah
6 miþvisscin godai jah galaubeinai unhindarveisai. af þaimei sumai afairzidai

## Ad Thimotheum prior incipit.

1, 1. Pavlus apostolus Christi Iesu secundum praecepta dei servatoris nostri et Christi Iesu, spei nostrae, 2. Thimotheo, optato filio in fide gratia, misericordia, pax a deo patre et Christo Iesu, domino nostro. 3. Sicuti rogavi te manere in Efeso proficiscens in-Macedoniam, ut interdicas quibusdam, ut aliter non docēant, 4. neque intendant fabulis et genealogiis interminatis, quae quaestiones praebent magis quam aedificationem dei, hanc existentem in fide. 5. At finis est praecepti amor ex puro corde et conscientia bona et fide sincera. 6. De quibus quidam seducti

## *Adnotatio.*

Inscriptio in cod. B solummodo legitur. — *þeimauþaiau*] cod. B ‡ *þaimaauþaiau;* ceterum *þeimauþaius* pro *teimauþaius* scriptum est, sic etiam 1, 2. (vid ad 2, 10); recte autem *teimauþaius* infra 1, 18. 2, 1, 2. — *dustodeiþ*] incipit, cod. B ‡ *ustauh,* explicit; vid. ad Subscript. Thess. II.

Initium huius epistolae in utroque cod. legitur.

1, 1. *xristaus ïesuis*] pr. ∾ gr. omn. praeter cod. *f* ap. Mi. — *anabusnim*] praecepta, gr. omn. ἐπιταγήν.

1, 2. *þeimauþaiu*] sic cod. B, cod. A rectius *þeimauþaiau*, vid. ad Luc. 1, 54. — *attin*] Goth. c. codd. °ἡμῶν.

1, 3. *galeiþands*] sic recte cod. A; cod. B ‡ *galeiþans;* sic saepius librarius codicis B lapsus est: infra vs. 9 *vitans.* 3, 4 *fauragaggans,* quo utroque loco cod. A recte *vitands* et *fauragaggands* habet; idem mendum continet etiam 2, 2, 6. ubi pro *arbaidjands* scriptum est *arbaidjans;* contra 1, 2, 13 pro *gadigands* legendum est *gadigans,* vid. ad Marc. 12, 24. — *makidonais*] cod. A *makedonais*, cf. ad Cor. 2, 1, 16. Ceterum de genitivo post verba proficiscendi posito vid. ad Luc. 15, 15.

1, 4. *andilausaize*] cod. A ‡ *andalausaize*, vid. ad 5, 14. — *þau*] sic codd.; Cast. ‡ *þan.* — *timreinai*] aedificationem, gr. *οἰκονομίαν.* — *visandein*] existentem, °gr. omn.; ceterum cod A ‡ *visandin*, uti infra 3, 4 *anaviljin* pro *anaviljein;* procul dubio sic etiam *visandin* Skeir. p. 49, 17 pro *visandein* scriptum est.

1, 5. *aþþanandeis*] cod. B ‡ *aþþandeis*, librarii enim non solum singulas literas, dupliciter scribendas, omittunt, sed etiam syllabas, sic Matth. 26, 73 *standane* pro *standandane*, sic infra 3, 13. 4, 7. 2, 1, 8. al. cf. ad 1, 17. — *ïst anabusnais*] est praecepti, ∾ gr. omn. — *miþvissein*] cod. A marg. *gamundai*, recordatione.

7 usvandidedun du lausavaurdein. viljandans visan vitodalaisarjos ni fraþjandans
8 nih wa rodjand nih bi wa stiurjand. aþþan vitum þatei god ïst vitoþ jabai was
9 ïs vitodeigo brukeiþ. vitands þatei garaihtamma vitoþ nist satiþ ak vitodalau-
saim jah untalaim jah unsibjaim jah fravaurhtaim jah unairknaim jah usveihaim
10 attans bliggvandam jah aiþeins bliggvandam mannans maurþrjandam horam
mannans gaþivandam liugnjam ufarsvaram jah jabai wa alja þizai hailon laiseinai
11 andstandand. sei ïst bi aivaggeli vulþaus þis audagins guþs þatei gatrauaiþ ïst
12 mis. jah aviliudo þamma ïnsvinþjandin mik xristau ïesu fraujin unsaramma
13 unte galaubjandan mik gahugida gasatjands ïn andbahtja. ïkei faura vas
vajamerjands jah vraks jah ufbrikands akei gaarmaiþs vas unte unvitands
14 gatavida ïn ungalaubeinai. ïþ ufarassiþ ansts fraujins miþ galaubeinai jah
15 friaþvai þizai ïn xristau. triggv þata vaurd jah allaizos andanumtais vairþ

---

converterunt ad vaniloquium, 7. volentes esse legis-doctores, non cogitantes, nec quid loquuntur, nec de quo affirmant. 8. At scimus, quod bona est lex, si quis ea legitime utitur; 9. sciens, quod iusto lex non-est posita, sed lege-solutis et contumacibus et impiis et peccatoribus et sceleratis et incestis, patres percutientibus et matres percutientibus, homines necantibus, 10. fornicariis, viros subigentibus, mendacibus, periuris et si forte alia huic sanae doctrinae resistunt, 11. quae est secundum evangelium gloriae huius beati dei, quod creditum est mihi; 12. et gratias-ago huic confortanti me Christo Iesu, domino nostro, nam credentem me existimavit ponens in ministerio, 13. ego-qui prius fui blasphemans et persecutor et contumeliosus; sed misericordiam-nactus fui, nam inscius feci in incredulitate. 14. Verum abundat gratia domini cum fide et amore hoc in Christo. 15. Fidele hoc verbum et omni acceptione dignum,

---

1, 7. *ni*] cod. A *nih* (nec).

1, 8. *vitum*] scimus, cod. A *vituþ* (scitis). — *vitodeigo*] legitime, cod. A *vitoda* (lege, secundum legem), qui est dativus modi, uti Luc. I, 74 *unagein* ἀφόβως. Errant igitur Cast. et Massm. l. l. p. 212 *vitodabrukeiþ* iunctim scribentes, uti erravit Cast. Col. 3, 22 *leika fraujam* (κατὰ σάρκα κυρίοις) iunctim scribens, cf. infra ad 5, 14. Plane alia ratio est verborum *vitodalaisarjos* et *svultavairþja*, quae nobis Cast. obiicit

1, 9. *vitands*] cod. B ‡ *vitans*, vid. ad vs. 3. Ceterum Goth. °τοῦτο, vid. ad 2, 1, 15. — *vitoþ nist*] ∾ cod. A. — *ak*] sed, gr. omn. δέ, vid. ad Cor. I, 14, 20. — *jah*] sec. et quart., et, °gr. omn. — *unsibjaim*] ἀνόμοις, cod. A marg c. gr. omn. *afgudaim*, ἀσεβέσι. — *aiþeins*] desinit cod. A. — *horam*] Goth. °ἀρσενοκοίταις, de ea omissione cf. Massm. l. l. p. 220.

1, 10. *gaþivandam*] Cast. ex loco omnino exeso ‡ *gaþivjandam*, quod Massm. l. l. p. 134 probare non debebat; sic *anaþivan* (δουλαγωγεῖν) Cor. 1, 9, 27 et *gaþivan* (δουλοῦν) Cor. 1, 7, 15. (*καταδουλοῦν*) 2, 11, 20. Gal. 2, 4. (*περιπείρειν*) Tim. 1, 6, 10. nullo autem loco *þivjan*. — *wa alja — andstandand*] siquidem ea lectio certa est neque *wo* pro *wa* in cod. legitur, cave cum Cast. *wa* pro plurali habeas, is enim *wo* esse debet; potius *wa* est casus absolutus pro adverbio positus et significat *forte*, vid. Cor. 2, 12, 6. 18. Ioh. 14, 13; sic *we* Cor. 2, 11, 21. et Gothus pro εἴ τι iunctim εἴτι legisse videtur.

1, 11. *sei ïst*] quae est, °gr. omn.; Goth. c. vers.

1, 14. *ufarassiþ*] sic Cast. loco exeso legendum esse videtur, et *ufarasseiþ* legi posse negat, quia locus tot literis non vacet. Nos quia graeci omn. ὑπερεπλεόνασε praeterito tempore habent, *ufarassida* coniecimus; fieri etiam potest, ut librarius *ufarasseiþ* pro *ufarasseiþ* scripserit; *ufarassiþ* autem prorsus falsum est. — *fraujins*] Goth. °ἡμῶν. — *xristau*] Goth. °Ἰησοῦ.

þatei xristus Ieſus qam in þamma fairwau fravaurhtans nasjan þizeei frumists
16 im ik. akei duþe gaarmaiþs varþ ei in mis frumistamma ataugidedi xristaus
Ieſus alla usbeisnein du frisahtai þaim ize anavairþai vesun du galaubjan imma
17 du libainai aiveinon. aþþan þiudana aive undivanjamma ungasaiwanamma
18 ainamma frodamma guþa sveriþa jah vulþus in aldins aive amen. þo anabusn
anafilha þus barnilo teimauþaiu bi þaim faura faursnivandam ana þuk praufetjam
19 ei driugais in þaim þata godo drauhtivitoþ. habands galaubein jah goda miþ-
vissein þizaiei sumai afskiubandans bi galaubein naqadai vaurþun. þizeei ist
hymainaius jah alaiksandrus þanzei anafalh satanin ei gatalzjaindau ni vajamer-
2, 1 jan. bidja nu frumist allis taujan bidos aihtronins liteinins aviliuda fram allaim
2 mannam. fram þiudanam jah fram allaim þaim in ufarassau visandam ei slavandein
3 jah sutja los bauaima in allai gagudein jah gariudja. þatuþ-þan ist god jah andanem
4 in andvairþja nasjandis unsaris guþs. saei allans mans vili ganisan jah in ufkunþja
5 sunjos qiman. ains allis guþ ains jah midumonds guþs jah manne manna xristus

quod Christus Iesus venit in hunc mundum, peccatores servare, quorum primus sum ego. 16. Sed ideo misericordiam-nactus fui, ut in me primo ostenderet Christus Iesus omnem patientiam ad exemplum his qui futuri fuerunt ad credendum ei ad vitam aeternam. 17. At regi saeculorum immortali, invisibili, uni, sapienti deo, honor et gloria in aetates saeculorum, amen. 18. Hoc praeceptum commendo tibi, fili Timothee, secundum has prius praecedentes ad te prophetias, ut milites in his hanc bonam militiam, 19. habens fidem et bonam conscientiam, quam quidam depellentes de fide nudi facti-sunt; quorum est Hymenaeus et Alexander, quos tradidi Satanae, ut doceantur non blasphemare. 2, 1. Rogo nunc primum omnis facere rogationes, preces, petitiones, gratiarum-actiones pro omnibus hominibus; 2. pro regibus, et pro omnibus his in eminentia existentibus, ut quietam et tranquillam vitam agamus in omni pietate et castitate. 3. Hocce enim est bonum et acceptum in facie servatoris nostri dei, 4. qui omnes homines vult servari et in cognitionem veritatis venire. 5. Unus enim deus, unus etiam mediator dei et hominum, homo Christus

1, 16. *xristaus Ieſus*] ∾ gr. omn.; ceterum de *xristaus*, non mendosa quidem, uti ait Cast., sed insolita forma pro *xristus* vid. ad Marc. 7, 32. ubi adde: Gal 4, 19 *xristaus*. Marc. 10, 46 *barteimaiaus*. Ioh. 8, 52 et Tim. 2, 1, 10 *dauþau* pro *xristus*, *barteimaius*, *dauþu*. — *du galaubjan*] Cast. ‡ jct.; sic *du* cum infinitivo post *anavairþs* iterum legitur Thess. 1, 3, 4 *anavairþ vas uns du vinnan agliþos*.

1, 17. *undivanjamma*] sic pro *undivanamma*, uti esse debebat (vid. Cor. 1, 15, 53. 54. 2, 5, 4), in codice denuo inspecto legi Cast. affirmat. Utrum autem Gothus ἀθανάτῳ an ἀφθάρτῳ legerit, certo dici non potest, *divans* etiam Cor. 1, 15, 54 pro φθαρτός ponitur. — *frodamma*] sapienti, °gr.; ceterum cod. B ‡ *fridamma*. — *aldins aive*] in codice lego: *ald . . . dins aive*; sed prior *d* evanidum et adhuc magis literae, quae inter utrumque *d* intercedunt. Videtur igitur librarius literas *dins* bis scripsisse et deinde semel delevisse. CAST. Fortasse etiam scriptum fuit *allos aldins aive*, uti Eph. 3, 21. sic quidem saepius Gothus locos parallelos alterum ex altero auget.

1, 18. *faura*] prius. abundat et °gr. omn.; ceterum hinc pergit cod. A.

2, 1. *frumist*] Cast. ‡ *fkumist*.

2, 2. *fram*] sec. pro, °gr. omn. — *jah sutja*] cod. A *jas-sutja*. — *sutja los*] sic in utroque cod. scriptum esse videri Cast. dicit; qui nobiscum divisim scribunt, eos nec *slavandein* pro substantivo, nulla auctoritate comprobato, nec *sutjalos* pro adverbio inusitato atque insuper comparativo maxime otioso habere oportet.

2, 3. *ist*] est, °gr. omn.

2, 4. *in*] ad, cod. B °‡, addidimus e cod. A.

6 Ïesus. sa gibands sik silþan andabaht faur allans veitvodein melam svesaim.
7 du þammei gasatiþs ïm ïk merjands jah apaustaulus sunja qiþa ïn xristau ni
8 liuga laisareis þiudo ïn galaubeinai jah sunjai. viljau nu vairans bidjan ïn allaim
9 stadim ushafjandans sviknos handuns ïnuh þvairhein jah tveiflein. samaleiko jah
qinons ïn gafeteinai hrainjai miþ gariudjon jah mahein fetjandeins sik ni ïn
10 flahtom aiþþau gulþa aiþþau markreitum aiþþau vastjom galubaim. ak þatei
11 gadob ïst qinom gahaitandeim guþ blotan þairh vaurstva goda. qino ïn hauïþa
12 galaisjai sik ïn allai ufhauseinai. ïþ galaisjan qinon ni uslaubja ni fraujinon
13 faura vaira ak visan ïn þahainai. adam auk fruma gadigans varþ þaþroh
14 aivva. jah adam ni varþ uslutoþs ïþ qino uslutoda ïn missadedai varþ.

---

Iesus, 6. hic dans se ipsum redemtionem pro omnibus, testimonium temporibus propriis; 7. ad quod constitutus sum ego praeco et apostolus, veritatem dico in Christo, non mentior, doctor gentilium in fide et veritate. 8. Volo nunc, viros precari in omnibus locis, tollentes puras manus sine iracundia et disceptatione. 9. Similiter etiam mulieres in vestimento puro cum castitate et modestia ornantes se, non in torquibus aut auro aut margaritis aut vestibus pretiosis, 10. sed quod decorum est mulieribus confidentibus deum colere per opera bona. 11. Mulier in silentio doceat se in omni obedientia; 12. verum docere mulieri non permitto, non dominari coram viro, sed esse in taciturnitate. 13. Adam enim prior formatus fuit, deinde Evva; 14. et Adam non fuit seductus, verum mulier seducta in facinore fuit.

---

2, 6. *andabaht*] sic cod. uterque, pro quo *andabauht* exspectabas, uti iam Massm. Skeir. Gloss. p 125 iudicavit, cui Cast. h. l. assentit; sic *faurbauhts* Eph. 1, 7. 14. Col. 1, 14. Si pro *andabaht* scriptum esset *andbaht*, non dubitaremus lectionem codicum probare, nam Christus etiam *ministrum* pro multis sese dedisse dici potest.

2, 7. *ïn xristau*] in Christo, ° gr.

2, 8. *vairans bidjan*] viros precari, ∾ gr. omn., cf. tamen cod. *d* ap. Mi.

2, 9. *mahein*] Massm. M. G. A. p. 127 et Grimm Gr. I. p. 40 (3. edit.) *ïnahein* legendum esse recte monent; idem verbum, quod h. l. σωφροσύνη significat, infra 2, 1, 7 pro σωφρονισμός et Rom. 12, 16 adiectivum *ïnahe* pro σώφρονος interpres usurpavit. — *gulþa*] cod. B et Cast. ‡ *gulþ*; nimirum propter sequentem vocem *aiþþau* alterum *a* intercidit; cf ad Ioh. 12, 42. Cod. A hoc loco exesus. — *galubaïm*] sic in utroque cod. pro usitato *galaubaïm*, vid. Rom 9, 21. Cor. 1, 7, 23. *ƕtugalaubs* Ioh. 12, 3. *ungalaubs* Rom. 9, 21. Sic *u* minus accurate pro *au* etiam scribitur in voce *diabulus*, et saepius in terminationibus verborum, vid. ad Luc. 1, 54.

2, 10. *blotan*] cod. B et Cast. ‡ *bloþan*; cod. A exesus; vid. ad Gal. 2, 11. Sic idem librarius in eodem verbo Cor. 2, 8, 4 peccaverat, et uterque *þeimaþaïus* supra 1, 2 pro *teimauþaïus* scripserunt; et cod. A 3, 16 *ïnsahþaba* pro *ïnsahtaba*.

2, 11. *hauïþa*] sic in utroque cod. scriptum esse Cast affirmat; offendit autem ipsum Castillionaeum haec vox insolita, et coniicit *haunïþa* (immo *haunïþai*), in humilitate; sed neuter codex breviationis signum habet et *haunïþa* nimis longe a sensu textus graeci aberrare nobis videtur, quam ut probare possimus; fortasse autem legendum est *ïn hliuþa* in auditu, i. e. audientes, cf. goth. *hliuma*, island. *hliodr*, *hlyda*; Graff IV. p. 1102.

2, 12. *galaisjan qinon*] docere mulieri, ∾ gr. — *faura*] coram, ° gr. omn., Gothus igitur formula *ni fraujinon faura vaira* indicat, feminas in concionibus coram viris nec auctoritatem sibi arrogare, nec dominari debere — *þahainai*] Cast. e cod. B (nam A h l. plane exesus est) *þeigainai* edidit, quamquam *e* distincte legere non poterat; quum autem inter voces gothicas, quae quidem sunt cognitae, nulla sit, a qua recte deflecti possit (quis enim credere potest *þeigains* a *þeihan* esse et h. l. ubi de *taciturnitate* sermo est, interpretem tam diligentem *profectus* ponere?), id quod etiam ad *þageinai* valet, quod Massm. l. l. p. 127 coniecit: non dubitavimus, coniecturam nostram in textu ponere; *þahaïhc* autem est a *þahan* (σιγᾶν, σιωπᾶν, φιμοῦσθαι).

2, 13. *gadigans*] cod. B ‡ *gadiganda*, cod. A exstinctus; vid. ad 1, 3.

15 Ïþ ganisiþ þairh barne gabaurþ jabai gastandand ïn galaubeinai jah friaþvai jah
3, 1 veihiþai miþ gafraþjein. triggv þata vaurd jabai was aipiskaupeins gairneiþ
2 godis vaurstvis gairneiþ. skal nu aipiskaupus ungafairinonds visan ainaizos
3 qenais aba andaþahts gariuds froþs gafaurs gastigods laiseigs nih veinnas ni
4 slahals ak sutis airknis ni sakjis ni faihufriks seinamma garda vaila faura-
5 gaggands barna habands uthausjandona miþ allai anaviljein. Ïþ jabai was sei-
6 namma garda fauragaggan ni mag waiva aikklesjon guþs gakarai. nih niujan
7 satidana Ïbai aufto ufarhauhiþs ïn staua atdriusai unhulþins. skal auk ïs veit-
vodiþa goda haban fram þaim uta ei ni atdriusai ïn ïdveit jah hlamma
8 unhulþins. jah sva diakaununs gariudans nih faihufrikans ni veina filu

---

15. Verum servatur per puerorum generationem, si manent in fide et amore et sanctitate cum modestia. 3, 1. Fidele hoc verbum; si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. 2. Debet nunc episcopus integer esse, unius mulieris maritus, sobrius, pudicus, prudens, modestus, hospitalis, aptus-ad-docendum, 3. nec vinolentus, non plagiarius, sed mitis, pius, non litigiosus, non avarus, 4. suam domum bene administrans, pueros habens obedientes cum omni modestia. 5. Verum si quis suam domum administrare non potest, quomodo ecclesiam dei curet? 6. Neque recentem plantatum, ne forte elatus in iudicium incidat Satanae. 7. Debet enim is testimonium bonum habere ab his extra, ut non incidat in vituperationem et laqueum Satanae. 8. Et sic diaconos castos, nec avaros, non vino multum

---

2, 15. *friaþvai*] cod. A *friþaþvai*.

3, 2. *ungafairinonds*] sic forma activa in utroque codice, cum esse deberet *ungafairinoþs*, uti recte legitur 3, 10. 5, 7. 6, 14. Tit. 1, 7. et *unfairinodaba* Thess. 1, 2, 10. sed emendare noluimus, quum Tit. 1, 6 *ungafairinonds* eodem sensu repetatur. — *gariuds*] pudicus, °gr. omn.; Goth. c. Vulg., quae tamen habet post *κόσμιον*.

3, 3. *airknis*] pius, °gr. omn.; ceterum iis, qui *airkns* optant pro *airknis*, Cast. respondet, vocem editam in utroque cod. esse dubiam, videri tamen in *is* inniti. — *sakjis*] Cast. edidit ‡ *sakjas*, codice autem denuo inspecto, exesum quidem esse locum, sed *sakjis* legi posse dicit.

3, 4. *fauragaggands*] sic recte cod. A, *fauragaggans* autem, quod cod. B praebet, idem est mendum, quod supra ad 1, 3 notavimus, nec potest defendi, uti Castillionaeo videtur, nam participii *gaggans* longe alia est ratio. — *ufhausjandona*] desinit cod. B. — *anaviljein*] cod. A ‡ *anaviljin*, vid. ad 1, 4.

3, 6. *niujan satidana*] quum *skal visan* praecessisset, Gothus *niuja satiþs*, nominativo casu, scribere debebat; sed hoc saepius interpreti accidit, ut auctoritatem textus graeci secutus a constructione recta averteretur. Sic etiam versu 8. pro *diakaununs* scribendum erat *diakaunjus*, uti 5, 1. 2 dativi pro accusativis. Ceterum cod. A ‡ *satidina*, et Gothus pressius graecum *νεόφυτος* per *niuja satiþs* convertit, nam illud non proprie de recens plantato dicitur, sed de eo, qui nuperrime coetui Christiano socius adscriptus est. — *staua*] sic legendum est; Cast. qui hoc verbum in codice legere non poterat, male *stauai* edidit, id autem ordo verborum non patitur, vid. vs. 7 *atdriusai ïn ïdveit*.

3, 7. *atdriusai ïn ïdveit*] incidat in vituperationem, ∾ gr. omn.

3, 8. *jah*] et, °gr. omn. — *sva diakaununs*] sic diaconos, ∾ gr. omn.; ceterum de *diakaununs* accusativo, quum nominativus esse deberet, vid. ad vs. 6. — *faihufrikans*] avaros, gr. omn. *διλόγους*. — *veina filu*] notandum est, apud Gothum alia verborum structura usum, *veina* non pendere ex *filu*, uti in textu graeco est, sed ex verbo *haftjandans*; pariter infra 5, 23 *οἴνῳ ὀλίγῳ χρῷ* per *veinis leitil brukjais*. et 2, 2, 16 *ἐπὶ πλεῖον προκόψουσιν ἀσεβείας* per *filu ïgaggand du afgudein* convertit *filu*; enim et *leitil* ei sunt adverbia, quapropter substantiva his locis ex verbis pendent.

9 haftjandans nih aglaitgastaldans. habandans runa galaubeinais in hrainjai
10 gahugdai. jah þai þan gakiusaindau frumist jas-sva andbahtjaina ungafairinodai
11 visandans. qinons samaleiko gariudos ni diabulos gafaurjos triggvos in allamma.
12 diakaunjus sijaina ainaizos qenais abans barnam vaila fauragaggandans jah seinaim
13 gardim. þai auk vaila andbahtjandans grid goda fairvaurkjand jah managa balþein
14 galaubeinai þizai in xristau Iesu. þata þus melja venjands qiman at þus sprauto.
15 aþþan jabai sainjau ei vitais waiva skuld ist in garda guþs usmitan saei ist
16 aikklesjo guþs libandins sauls jah tulgiþa sunjos. jah unsahtaba mikils ist gagu-
deins runa saei gabairhtiþs varþ in leika garaihts gadomiþs varþ in ahmin
ataugids varþ þaim aggilum merids varþ in þiudom galaubiþs varþ in fairwau
4, 1 andnumans varþ in vulþau. aþþan ahma svikunþaba qiþiþ þatei in spidistaim
dagam afstandand sumai galaubeinai atsaiwandans ahmane airziþos jah laiseino
2 unhulþono. in liutein liugnavaurde jah gatandida habandane svesa miþvissein.

---

adhaerentes, nec turpe-lucrum sectantes; 9. habentes mysterium fidei in pura conscientia. 10. Et hi vero probentur primum et sic ministrent irreprehensibiles existentes. 11. Mulieres similiter castas, non calumniatrices, sobrias, fideles in omni. 12. Diaconi sint unius mulieris mariti, pueros bene curantes et suas domos. 13. Hi enim bene ministrantes gradum bonum acquirunt et multam fiduciam fide hac in Christo Iesu. 14. Hoc tibi scribo sperans venire ad te cito; 15. at si tardem, ut scias, quomodo debitum est in domo dei conversari, quae est ecclesia dei viventis, columna et firmamentum veritatis. 16. Et impugnate magnum est pietatis mysterium, qui revelatus fuit in carne, iustus iudicatus fuit in spiritu, conspectus fuit his angelis, nuntiatus fuit in gentilibus, creditus fuit in mundo, acceptus fuit in gloria. 4, 1. At spiritus manifeste dicit, quod in ultimis diebus deficiunt quidam a fide attendentes spiritibus erroris et doctrinis daemoniorum, 2. in dolo mendacium et cauteriatam habentium suam conscientiam,

---

3, 9. *hrainjai*] Cast. ‡ *hrainjon* (vid. 2, 1, 3), in codice enim nullum literarum vestigium superest.

3, 10. *jas-sva*] et sic, gr. εἶτα. — *visandans*] cod. A bis scriptum habet, vid. ad Cor. 2, 10, 12.

3, 11. *gafaurjos*] cod. A marg. *an..þ.....*, procul dubio *andaþahtos*. CAST. Recte, vid. vs. 2.

3, 13. *grid*] Goth. °ἑαυτοῖς. — *galaubeinai*] fide, gr. omn. *ἐν πίστει*, ut Gothus *ἐν* omittat; probabilius autem est librarium *in* omisisse, quae literae eaedem sunt, in quibus praecedens *balþein* innititur, sic etiam iudicat Massm. l. l. p. 138. vid. ad 1, 5.

3, 15. *usmitan*] sic cod. A; Cast. ‡ *usmetan*.

3, 16. *unsahtaba*] cod. A ‡ *unsahþaba*, vid. ad 2, 10. — *saei*] Castillionaeo, qui in epicrisi ad Philipp. p. 63 hoc loco *guþ* legi affirmaverat, intenta oculorum acie et membrana acidis et sapone iterum iterumque tentata, tandem apparuere tenues ductus vocis *saei*, vid. eum ad Tim. p. 62 sq. Si autem Gothus revera ita scripsisset, in codice suo lectionem habuisset: *μυστήριον ὃ ἐφανερώθη*; quum autem dicat *gabairhtiþs varþ — garaihts gadomiþs varþ* cet., fieri non potest, ut *saei* ad *runa* relatum scripserit, sed sine dubio scripsit *saei*, quod aptum est et praecedenti *mikils* et sequentibus participiis. Quod autem *saei* scripsimus, minus audacter fecimus, nam denuo confitetur Cast., locum plane exesum esse.

4, 1. pergit cod. B. — *spidistaim*] ultimis, gr. omn. *ὑστέροις* praeter cod. Colbert., sic tamen *ὑστερος* per *spedists* etiam Luc. 20, 32 convertitur. Ceterum pro *spidistaim* cod. A usitatius *spedistaim* habet; Grimm (Gr. I. p. 59. 3 edit.) lectionem editam scripturae mendum pro *speidistaim* esse existimat. — *dagam*] diebus, gr. omn. *καιροῖς*. — *airziþos*] erroris, gr. *πλάνοις*, Goth. c. codd. *πλάνης* legit.

4, 2. *jah*] et, °gr.

3 varjandane liugos gaþarban mate þanzei guþ gaskop du andniman miþ aviliudam
4 galaubjandam jah ufkunnandam sunja. unte all gaskaftais guþs goþ jah ni
5 vaiht du usvaurpai miþ aviliudam andnuman. gaveihada auk þairh vaurd guþs
6 jah bida. þata insakands broþrum goþs vairþis andbahts xristaus Iesuis alands
7 vaurdam galaubeinais jah godaizos laiseinais þoei galaistides. iþ þo usveihona
8 sve usalþanaizo spilla bivandei iþ þroþei þuk silban du gagudein. aþþan lei-
keina usþroþeins du favamma ist bruks iþ gagudei du allamma ist bruks
9 gahaita habandei libainais þizos nu jah þizos anavairþons. triggv þata
10 vaurd jah allaizos andanumtais vairþ. duþþe allis arbaidjam jah idveitjanda
unte venidedum du guþa libandin saei ist nasjands allaize manne þishun
11. 12 galaubjandane. anabiud þata jah laisei. ni manna þeinai jundai frakunni
ak frisahts sijais þaim galaubjandam in vaurda in usmeta in friaþvai in
13 galaubeinai in sviknipai. unte qima gaumei saggva boko gaþlaihtai laiseinai.

---

3. prohibentium nuptias, abstinere cibis, quos deus produxit ad accipiendum cum gratiarum-actionibus credentibus et cognoscentibus veritatem. 4. Nam omne creaturae dei bonum et non res ad abiectionem, cum gratiarum-actionibus accepta; 5. sanctificatur enim per verbum dei et precationem. 6. Hoc suppeditans fratribus bonus fis minister Christi Iesu, nutritus verbis fidei et bonae doctrinae, quam assecutus-es. 7. Verum haec frivola, uti anuum fabulas, evita, verum exerce te ipsum ad pietatem. 8. Nam corporalis exercitatio ad paucum est utilis, verum pietas ad omne est utilis, promissiones habens vitae huius nunc et huius futurae. 9. Fidele hoc verbum et omni acceptione dignum. 10. Ad hoc enim laboramus et vituperamur, quia speravimus ad deum viventem, qui est servator omnium hominum, maxime credentium. 11. Praecipe hoc et doce. 12. Non homo tuam adolescentiam aspernetur, sed exemplum sis his credentibus in verbo, in conversatione, in amore, in fide, in castitate. 13. Dum venio, attende lectioni librorum, consolationi, doctrinae.

---

4, 3. *mate*] cod. B ‡ *amte;* cod. A plane obliteratus. — *aviliudam*] gratiarum actionibus, gr. omn. εὐχαριστίας singulari numero, sic vers. 4. et Eph. 5, 4.

4, 6. *xristaus Iesuis*] ∾ gr. — *alands*] sic cod. B; cod. A exesus; Cast. opinatur Gothum participio activo uti, quia ἐντρεφόμενος per errorem pro medio habuerit; Massm. l. l. p. 140 librarium *alandș* pro *alans* frequenti permutatione (vid. ad I, 1, 3) scripsisse; quarum opinionum neutra placet, potius forma verbi est *alan*, crescere, nutriri (Grimm. Gr. II. p. 8), cuius participium *alandș* est; deinde formatur *aljan* transitivum pascere, nutrire.

4, 7. *sve usalþanaizo spilla*) quasi vetularum fabulas; *usalþans* est participium verbi *usalþan*, senescere, veralten, et *usalþana* est eine eraltete, uti apud Germanos veteres ab *ar*-sive *iralten* fit *ar*-sive *iraltet* vetula, veterosus, vid. Graff I. p. 200 sq. cf. *usvahsans* (ἡλικίαν ἔχων) Ioh. 9, 21. Miramur, quod Castill. qui *us alþanaizo* div. scribit, non vidit, hanc verborum structuram soloecam esse; Massm. l. l. p. 131 hoc animadvertit et ne leges laedantur sermonis, *us* tanquam a librario falso loco positum ad *þroþei* trahere conatur; sed quibus haec coniectura, ingeniosa quidem, placet, iis comprobandum est, simplex *alþana γραῦς* significare posse. *usalþanaizo* ict. etiam Grimm Gr. I. p. 41 (3. edit.) legit. — *iþ*] cod. B omittit vel potius librarius *bivandeiþroþei* scripsit pro *bivandeiiþroþei*, sic Cor. 1, 13, 12. cf. supra ad 3, 13; in cod. A admodum exeso exstare videtur.

4, 8. *gagudei*] cod. B ‡ *gagudeitu;* in cod. A legi nequit. — *ist bruks*] sec., est utilis, ∾ gr. omn. praeter cod. *l* ap. Mi. — *gahaita*] promissiones, gr. ἐπαγγελίαν. — *anavairþons*] desinit cod. **A.**

4, 10. *allis*] Goth. c. codd. ° *καί;* ceterum Cast. recte adnotat, *allis* hac significatione in evangeliis saepe, in epistolis praeter hunc locum non inveniri; cf. tamen ad 6, 10.

4, 12. *manna*] sic cod. B; Cast. ‡ *mann.* — *frisahts*] sic legendum; cod. B et Cast. ‡ *frisaht*, ubi omissum est *s*

14 ni sijais unkarja þizos in þus anstais sei gibana varþ þus þairh praufetjans
15 afar analageinai handive praizbytaireis. þo sido [þize] inuþ-þaim sijais ei
16 þatei þeihais þu svikunþ sijai allaim. atsaiw du þus silbin jah du laiseinai
usdaudo þairhvis in þaim. þatuh auk taujands jah þuk silban ganasjis jah haus-
5, 1 jandans þus. seneigana ni andbeitais ak gaþlaih sve attin juggans sve broþruns
2. 3 seneigos sve aiþeins juggos sve svistruns in allai sviknein. viduvons sverai
4 þozei bi sunjai sijaina viduvons. iþ jabai wo viduvono barna aiþþau barne
barna habai galaisjaina sik faurþis svesana gard barusnjan jah andalauni
usgiban fadreinam þata auk ist god jah andanem in andvairþja guþs.

---

14. Ne sis negligens huius in te gratiae, quae data fuit tibi per prophetias post impositionem manuum presbyteri. 15. Haec mediture (horum), inque his sis, ut quod proficis tu, manifestum sit omnibus. 16. Adspice ad te ipsum et ad doctrinam, sollicite permane in his; hocce enim faciens et te ipsum conservas et audientes te. 5, 1. Senem non increpes, sed adhortare uti patrem, iuvenes uti fratres, 2. anus uti matres, iuvenculas uti sorores in omni castitate; 3. viduas honora, quae in veritate sunt viduae; 4. verum si quae viduarum liberos aut liberorum liberos habeat, doceant se prius propriam domum pie-colere et gratiam retribuere parentibus; hoc enim est bonum et acceptum in facie dei.

---

propter sequentem eandem literam, quod saepe observavimus. Lectionem editam etiam Massm. l. l. p. 136 sq. rectam esse animadvertit, sed an quisquam toto orbe inveniatur, qui etiam accusativum hoc loco recte positum esse cum eo opinetur, valde dubitamus.

4, 14. *afar analageinai*] post impositionem, quasi legerit interpres *μετὰ ἐπίθεσιν*, quum autem gr. omn. *μετὰ ἐπιθέσεως* praebeant, convertendum erat *miþ analageinai*. — *praizbytaireis*] presbyteri, gr. omn. *πρεσβυτερίου*, praeter cod. Leicest., qui *πρεσβυτέρου* habet, cum quo Goth. concinit. Si Goth. lectionem vulgatam secutus esset, scribendum ei erat *praizbytaireins*, sed nullum breviationis signum super syllabam — *eis* conspicitur, quae etiam in initio lineae scripta est.

4, 15. *þize*] horum, omnino superfluum est, nam ad sequentia pertinere non potest, quia *inuþ-þaim* in initio sententiae poni debet; neque potest ad praecedentia *þo sido*, nisi forte quis variam lectionem e margine in textu positam esse existimat. — *inuþ-þaim*] inque his, sic cod. B; Cast. ‡ *inuþþan*, et insuper opinatur, *in* cum *visan* componendum esse, quod verbum, scilicet *invisan*, genitivum *(þize)* post se habere; sed *invisan* plane aliam habet significationem, vid. ad Marc. 16, 1. neque si *inesse* significaret, genitivum e se pendentem habere posset; igitur miramur, quod Massm. l. l. p. 217 tam incaute cum Cast. consentit. — *sijai*] Goth. c. codd. ° *ɛv*.

4, 16. *usdaudo*] sollicite, ° gr. omn. — *in*] in, ° gr.

5, 1. *attin*] Massm. l. l. p. 138 falsum pro *attan* esse censet; idque ei in mentem venisse videtur, quod complures accusativi sequuntur; sed dativus *attin* recte habet post *gaþlaihan*, vid. Marc. 10, 16. Cor. 2, 7, 6 Tim. 1, 5, 8. de accusativis autem sequentibus statuendum est idem, quod supra ad 3, 6 adnotavimus.

5, 2. *aiþeins*] sic scribendum est pro *aiþeis*, uti in cod. B, sed in fine lineae, legitur.

5, 4. *galaisjaina*] pergit cod. A. — *sik*] cod. B ° ‡, addidimus e cod. A, nam *μανθάνειν* est *laisjan sik* vid. 2, 11. 5, 13. 2, 3, 14. Phil. 4, 9. 11. Skeir. 45, 7. — *barusnjan*] sensus hujus verbi, cuius lectio in utroque codice indubia est, viris doctis plane non cognitus esse videtur; Castillionaeus h. l. e *beruseis* deflecti et regendi significationem habere dicit; sed quid commune habet notio regendi cum *εὐσεβεῖν*, quod textus habet, et quid rei familiaris imperium ad puerulos pertinet? Massmannus, cui Castillionaei interpretatio merito non placet, l. l. p. 130 et 179, *barusnjan* profectum esse existimat e BARU, quod ad *paro* (nemus), *parawari* (sacerdos) et alia referendum sit et colere, adorari significet; sed etiam hoc sensus nostri loci non admittit. Nobis potius cum *barn* ex eadem radice natum esse et significare videtur: colere filiorum more, uti liberi solent, quod graeco *εὐσεβεῖν*, pie agere, aptissime respondet. — *god jah*] bonum et, ° cod. A c. gr.

5 aþþan soei bi sunjai viduvo ist jah ainakla venida du guþa jah þairhvisiþ in
6 bidom nahtam jah dagam. iþ so vizondei in azetjam jah libandei dauþa ist.
7. 8 jah þata anabiud ei ungafairinodos sijaina. aþþan jabai was svesaim þishun
9 ingardjam ni gaþlaihiþ galaubein invidiþ jah ist ungalaubjandin vairsiza. viduvo
10 gavaljaidau ni mins saihstigum jere sei vesi ainis abins qens in vaurstvam
godaim veitvodiþa habandei jah barna fodidedi jah gastins andnemi jah veihaim
fotuns þvohi jah aglons vinnandam andbahtidedi jah allamma vaurstve godaize
11. 12 afarlaistidedi. iþ juggos viduvons bivandei . . . . . galaubein vana gata-
13 videdun. aþþan samana jah unvaurstvons laisjand sik þairhgaggan gardins
aþþan ni þatain unvaurstvons ak jah unfaurjos jah fairveitjandeins jah
14 rodjandeins þoei ni skulda sind. viljau nu juggos liugan barna bairan
16 garda valdan . . . . . viduvons andbahtjai im jah ni kaurjaidau aikklesjo

---

5. At quae in veritate vidua est et desolata speravit ad deum et perseverat in precibus noctibus et diebus; 6. verum haec degens in deliciis etiam vivens mortua est. 7. Et hoc praecipe, ut irreprehensibiles sint. 8. At si quis suos, maxime domesticos, non adhortatur, fidem negat et est non-credente peior. 9. Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quae fuerit unius mariti uxor, 10. in operibus bonis testimonium habens, et filios nutriverit et hospites exceperit et sanctis pedes laverit et afflictionem patientibus subministraverit et omne operum bonorum secuta-sit. 11. Verum adolescentes viduas devita . . . . . 12. . . . fidem irritam reddiderunt. 13. At simul etiam otiosae docent se obire domos; at non solum otiosae, sed etiam garrulae et male-sedulae et loquentes, quae non debita sunt. 14. Volo nunc adultas nubere, filios procreare, domum gubernare . . . . 16. . . . viduas, subministret iis et non gravetur ecclesia,

---

5, 5. *bidom*] Goth. c. verss latt. ° καὶ ταῖς προσευχαῖς.

5, 6. *jah*] et, ° gr. omn.

5, 7. *ungafairinodos*] sic recte cod. A (non *unfairinodos*, uti Cast. edidit); cod. B ‡ *ungafairidos*.

5, 8. *svesaim*] Goth. ° καί. — *invidiþ*] negat, gr. omn. ἤρνηται (renuntiatum habet), sic infra 2, 3, 5.

5, 9. *saihstigum jere*] sexaginta annorum, ∾ gr. omn.

5, 10. *jah — jah*] sive — sive, aliis locis hoc *jaþþe — jaþþe* esse solet; cave autem cum Massm. l. l. p. 141 *jah* in *jabai* mutes aut cum Cast. *ei jah — jah* (quod et — et) scriptum fuisse opineris. — *gastins*] sic codd., Cast. ‡ *gastis*, quod hic vir doctus pro *gasteis* esse arbitrabatur. — *allamma*] desinit cod. B.

5, 11. *bivandei*] quae inde sequuntur usque ad *galaubein* versu sequente adeo sunt exstincta, ut Cast. eorum ne vestigium quidem invenire potuerit.

5, 12. *vana*] sic legendum est, Cast. ‡ *vanana* ex loco plane exeso edidit.

5, 13. *fairveitjandeins*] post primam huius verbi syllabam desinit plagula XLI et incipit XLIV codicis A, in qua scriptura omnis deleta est et Castillionaeus, quod nondum sibi accidisset, adeo nulla vestigia literarum vidit, ut quae usque ad versum 17 edidit (ibi autem incipit plagula XLIII) e singulis lineis coniectando componeret. — *jah*] ult. et, ° gr. omn.

5, 14. *garda valdan*] Cast. et Massm. l. l. p. 212 ‡ ict., sic etiam nobis ipsis Matth. 10, 25 et Luc. 14, 21 *garda valdands* div. scribendum erat, nam verbum compositum *gardivaldands* esse debat, uti *matibalgs*, *gastigoda*, *frastisibja*, *drauhtivitoþ*, *andilaus*, (non igitur *andalaus*, uti cod. A supra 1, 4 habet).

5, 16. *andbahtjai*] Cast. dubitat, utrum sic, an *andstaldai* legendum sit; sed *andstaldan* personam accusativo casu post se habet, dativo autem rem, vid. Cor. 2, 9, 10. Gal. 3, 5. Tim. 1, 1, 4.

17. 18 ei þaim bi sunjai . . . . . ïn vaurda jah laiseinai. qaþ auk gameleins auhsau
19 þriskandin munþ ni faurvaipjais jah vairþs sa vaurstva mizdons ïs. bi praizbyterein vroh ni andnimais niba *în andvairþja* tvadje aiþþau þrije veitvode.
20 ïþ þans fravaurhtans ïn andvairþja allaize gasak ei jah þai anþarai agis habaina.
21 veitvodja ïn andvairþja guþs jah fraujins unsaris ïesuis xristaus jah þize gavalidane aggile ei þata fastais ïnu faurdomein ni vaiht taujands bi viljahalþein.
22 handuns sprauto ni mannhun lagjais ni gamainja siais fravaurhtim framaþjaim
23 þuk silban sviknana fastais. ju ni drigkais þanamais vato ak veinis leitil
24 brukjais ïn qiþaus þeinis jah þizo ufta sauhte þeinaizo. sumaize manne fravaurhteis svikunþos sind faurbisnivandeins du stauai sumaize þan jah afargag-
25 gand. samaleiko þan jah vaurstva goda svikunþa sind jah þo aljaleikos sik
6, 1 habandona filhan ni mahta sind. sva managai sve sijaina uf jukuzjai skalkans seinans fraujans allaizos sveriþos vairþans rahnjaina ei namo fraujins

ut his in veritate . . . . . 17. . . . in verbo et doctrina. 18. Dixit enim scriptura: bovi trituranti os ne capistro-obdures, et dignus hic operarius mercede eius. 19. In presbyterium accusationem ne accipias nisi in facie duorum aut trium testium; 20. verum hos peccatores in facie omnium argue, ut etiam hi reliqui timorem habeant. 21. Testor in facie dei et domini nostri Iesu Christi et horum electorum angelorum, ut hoc observes sine praeiudicio, non rem faciens secundum propensionem. 22. Manus cito ne homini imponas, ne socius sis peccatis alienis. 23. Te ipsum purum custodias; iam ne bibas amplius aquam, sed vino modice utaris propter ventrem tuum et has saepe infirmitates tuas. 24. Quorundam hominum peccata manifesta sunt, properantia ad iudicium; quorundam vero etiam subsequuntur. 25. Similiter vero etiam opera bona manifesta sunt et haec aliter se habentia; abscondi non possibilia sunt. 6, 1. Tam multi quam sint sub iugo servi, suos dominos omni honore dignos existiment, ut nomini domini

5, 17. *laiseinai*] Cast. *în laiseinai*, quum vero nullus gr. *în* habeat neque Cast. in cod. legere posset, sed hanc solam ob causam addereet, quod locus ei vacare videretur, nos quidem omisimus.

5, 18. *qaþ*] dixit, gr. omn. λέγει. — *vaurstva*) Massmanno l. l. p. 126 displicet et *vaurstvja* legi mavult, negans *unvaurstvons*, quod supra vs. 13 legatur, exemplo uti posse. Sane illud non potest, nec potest *allavaurstvans* Col. 4, 12. sed uti nunc *vaurstva* habemus, sic permultis locis *gavaurstva* (συνεργός, ὁ συνεργῶν) legitur, neque nos quidem illa forma offensi sumus.

5, 19. *în andvairþja*] Cast. praeter literas . . . *rþ* . . nihil cognoscere potuit; pro *în* male *bi* scripsit, de quo errore etiam Massm. l. l. p. 134 monuit. Ceterum Gothus, si vere ita scripsit, a Graecorum auctoritate nimis discedit, nec propius eis accederet, si Castillionaei coniectura *ana munþa* probabilior esset; fortasse *bi veitvodiþai* scribendum est. — *tvadje*] sic Cast. edidit pro *tvaddje*, quod duplex *d* locus capere non posse ei videretur.

5, 20. *ïþ*] verum, ° gr.

5, 21. *unsaris*] nostri, ° gr. omn. praeter cod. 9 ap. Mi. — *viljahalþein*] pergit cod. B.

5, 22. *mannhun*] Cast. e cod. B ‡ *manhun*, cod. A exesus; vid. Marc. 1, 44.

5, 23. *qiþaus*] cod. B marg. *suqnis.* — *þizo ufta — þeinaizo*] sic codd. quamquam omnis paene scriptura deleta est, et sic Massm. etiam l. l. p. 133 legendum esse censet; Cast. ‡ *þize ufte — þeinaize.*

5, 24. *sumaize*] sec., cod A *sumaizeh*; ceterum Goth. τινῶν cum cod. Colbert. ap. Mill. legit pro τισί.

5, 25. *þan*] autem, ° gr. omn. praeter cod. ap. Mill.

6, 1. *jukuzjai*] Massm. l. l. p. 136 comperire cupit, an vere sic legatur, quia Gal. 5, 1 idem casus *jukuzja* sit; sed vir doctus errat, illo loco *jukuzja* est accusativus, nostro autem *jukuzjai* dativus, quod utrumque recte ad formam *jukuzi* redit. — *fraujins*] domini, gr. θεοῦ.

2 jah laiseins ni vajamerjaidau. aþþan þaiei galaubjandans haband fraujans ni
frakunneina unte broþrjus sind ak mais skalkinona unte galaubjandans sind jah
3 liubai þaiei vailadedais gadailans sind. þata laisei jah gaþlaih. jabai was alja-
leikos laisjai jah ni atgaggai du hailaim vaurdam þaim fraujins unsaris Iesuis
4 xristaus jah þizai bi gagudein laiseinai. ïþ hauhþuhts ni vaiht vitands ak siu-
kands bi soknins jah vaurdajiukos us þaimei vairþand neiþa maurþra haifsteis ana-
5 qisseis anamindeis ubilos usbalþeins fravardidaize manne ahin at þaimei gatarniþ
6 ïst sunja hugjandane faihugavaurki visan gagudein. aþþan ïst gavaurki mikil
7 gagudei miþ ganauhïn. ni vaiht auk brahtedum ïn þamma fairwau. bi sunjai þatei
8 ni usbairan wa magum. aþþan habandans usfodein jah gaskadvein þaimuh ganohidai
9 sijaima. aþþan þaiei vileina gabigai vairþan atdriusand ïn fraistubnja jah hlamma

et doctrinae non maledicatur. 2. At qui credentes habent dominos, ne contemnant, quia fratres sunt, sed magis serviant, quia credentes sunt et dilecti, qui beneficii participes sunt. Hoc doce et adhortare. 3. Si quis aliter doceat et non accedat ad sana verba haec domini nostri Iesu Christi et hanc secundum pietatem doctrinam: 4. verum superbus, non quidquam sciens, sed aegrotans de quaestionibus et verbi-controversiis, ex quibus fiunt invidiae, caedes, contentiones, convicia, suspiciones malae, 5. contentiones deperditorum hominum mente, apud quos occultata est veritas, existimantium quaestum esse pietatem. 6. At est quaestus magnus pietas cum contento-animo; 7. non rem enim portavimus in hunc mundum; in veritate, quod non auferre quidquam possumus. 8. At habentes alimentum et vestimentum, hisce contenti simus. 9. At qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem et laqueum

6, 3. *atgaggai*] accedat, cod. A *atgaggiþ* (accedit) — *laiseinai*] Cast. ‡ *laiseinai*, ipse p. 72 emendat.

6, 4. *ïþ*] verum, ° gr. omn., Goth. c. vers. et patribus latt. — *hauhþuhts*] superbus, gr. omn. τετύφωται. — *maurþra*] caedes, ° gr. omn., nec legitur in cod. A; etiamsi enim vestigium literae *a* apparet, et spatium aliquod esse videtur, tamen hoc integro illi verbo non sufficit, eamque literam Cast. a librario falso scriptam ab eodemque deletam esse existimat. Ceterum non dubium est, quin *maurþra* in cod. B inde sit natum, quod alii pro *φθόνοι* legebant *φόνοι*, quam utramque lectionem aut interpres recepit aut librarius de margine inseruit; cf. ad Eph. 2, 3. — *haifsteis*] sic recte cod. A; cod. B ‡ *haifteis*.

6, 5. *ahin*] Goth. ° *καί*. — *gatarniþ*] sic cod. B pro *gatarnida*, cf. ad Nehem. 6, 16. Non est autem, quod Cast. mendum scriptoris pro *gatairniþ* (immo *gataurniþ*) esse suspicetur; nam praeclare habet *gatarnan*, si comparas *tarnjan* et *tarnen*, occulere, quibus verbis Germani superioris et medii aevi utuntur, vid. Glossarium v. *Tarnjan*. — *gagudein*] cod. B ° c. gr. ἀφίστασο ἀπὸ τῶν τοιούτων; in cod. A ea scripta esse videntur, sed prae nova scriptura Cast. nihil nisi literam *þ* cognoscere potuit.

6, 6. *gavaurki*] versu proxime praecedente erat *faihu-gavaurki*; de hoc Gothorum more, si duo verba composita proxime sese subsequuntur, in altero particulam non repetendi sed simplex ponendi, jam ad Luc. 15, 24 diximus, addimus nunc haec: Rom. 15, 4 *sva ïlu auk sve* fauragamelïþ *varþ, du unsarai laiseinai* gamelïþ *varþ* (ὅσα γὰρ προεγράφη, εἰς τὴν ἡμετέραν διδασκαλίαν προεγράφη). 12, 1. 2 *vaila galeikaidana — galeikaiþ* (εὐάρεστον — εἰάρεστον). Cor. I, 15, 48. 49 *sa ufarhiminakunda — þis himinakundins* (ὁ ἐπουράνιος — τοῦ ἐπουρανίου). Thess 2, 3, 15 *svasve — sve* (ὡς — οὕς). Ioh. 9, 31 *andhauseiþ — hauseiþ* (ἀκούει — ἀκούει). 13, 14 *uspvoh — þvahan* (ἔνιψα — νίπτειν) 17, 25 *ufkunþa — kunþa* (ἔγνω — ἔγνων). Igitur Tim. 2, 3, 4 *φιλήδονοι μᾶλλον ἢ φιλόθεοι* Gothus sic convertit: *frijondans vilþan seinana mais þau guþ*; similiter Matth. 8, 32 *hairda sveine — hairdai* (τὴν ἀγέλην τῶν χοίρων — ἡ ἀγέλη τῶν χοίρων), cf. Ioh. 10, 31 *nemun stainans ei vaurpeina* (sc. *stainam*, λιθάσωσι) *ana ina*. Raro praecedit simplex et sequitur compositum: Cor. I, 4, 7 *namt — andnamt* (ἔλαβες — ἔλαβες). 2, 3, 2. 3 *gamelïda — inna gamelïda* (gr. bis ἐγγεγραμμένη).

6, 7. *bi sunjai*] in veritate (ἀληθές), gr. δῆλον.

6, 8. *usfodein — gaskadvein*] alimentum — vestimentum, gr. διατροφὰς — σκεπάσματα.

6, 9. *hlamma*] Cast. et Massm. l. l. p. 202 iniuria

unhulþins jah lustuns managans unnutjans jah skaþulans þaiei saggqjand mans
10 in fravardein jah fralust. vaurts allaize ubilaize ist faihugeiro þizozei sumai
gairnjandans afairzidai vaurþun af galaubeinai jah sik silbans gaþivaidedun
11 sairam managaim. iþ þu jai manna guþs þata þliuhais iþ laistjais garaihtein
12 gagudein galaubein friaþva þulain qairrein. haifstei þo godon haifst galaubei-
nais undgreip libain aiveinon du þizaiei laþoþs is jah andhaihaist þamma godin
13 andahaita in andvairþja managaize veitvode. anabiuda in andvairþja guþs þis
gaqiujandins alla jah xristaus iesuis þis veitvodjandins uf paunteau þeilatau
14 þata godo andahait. fastan þuk þo anabusn unvamma ungafairinoda und qum
15 fraujins unsaris iesuis xristaus. þanei in melam svesaim taikneiþ sa audaga
16 jah ains mahteiga jah þiudans þiudanondane jah frauja fraujinondane. saei ains
aih undivanein jah liuhaþ bauiþ unatgaht þanei saw manne ni ainshun nih sai... —

---

diaboli et cupiditates multas inutiles et noxias, quae demergunt homines in interitum et deperditionem. 10. Radix omnium malorum est avaritia, quam quidam cupientes abducti fuerunt a fide et se ipsos subiecerunt doloribus multis. 11. Verum tu profecto, homo dei, hoc fugias, verum secteris iustitiam, pietatem, fidem, amorem, patientiam, mansuetudinem; 12. pugna hanc bonam pugnam fidei, apprehende vitam aeternam, ad quam vocatus es et confessus - es hanc bonam confessionem in praesentia multorum testium. 13. Iubeo in praesentia dei huius vivificantis omnia et Christi Jesu huius testantis sub Ponteo Pilato hanc bonam confessionem, 14. observare te hoc praeceptum immaculatum, irreprehensibile usque-ad adventum domini nostri Iesu Christi, 15. quem in temporibus suis ostendit hic beatus et unus potens et rex regnantium et dominus dominantium, 16. qui unus habet immortalitatem et lucem inhabitat inaccessibilem, quem vidit hominum non unus neque vi[dere]....

---

pro dativo habent, cuius verbi nominativum Massm. p. 219 *hlams* (sic!) facit; accusativum esse structura verborum et h. l. et supra 3, 7 perspicue docet; dubium autem est, sitne forma ipsa *hlamm* neutra (tum utitur Gothus plurali), an *hlamma* feminina; de verbis linguarum cognatarum vid. Graff IV. 557. Gr. II. 33. — *unhulþins*] diaboli, ° gr. — *unnutjans*] inutiles, gr. ἀνοήτους, Goth. c. codd. et verss. ἀνονήτους. — *saggqjand*] Cod. A *sagqjand*.

6, 10. *vaurts*] Goth. ° γάρ; sed fieri potuit, ut librarius *allis* omiserit propter sequens *allaize*, cf. ad Rom. 9, 15. — *faihugeiro*] Massm. l. l. p. 139 legendum esse censet *faihugeironi*, uti Col. 3, 5; nobis e contrario Col. 3, 5 *faihugeironi* ex nostro loco in *faihugeiron* mutandum esse videtur; nam forma feminina esse debet, uti illo loco pronomen *sei* et hoc loco *þizozei* monstrat. — *gaþivaidedun*] subiecerunt, gr. omn. περιέπειραν.

6, 11. *jai*] profecto, ° gr. omn., vid. Rom. 9, 18. 20. — *friaþva*] cod. A *frijaþva*.

6, 12. *libain aiveinon*] vitam aeternam, ∾ gr. omn.

6, 13. *anabiuda*] Goth. ° σοί c. codd. ap. Mill. — *andvairþja*] desinit cod. A. — *paunteau*] sic indubitate in cod. B legi Cast. affirmat, exspectabamus aut *pauntiau*, uti scriptum est Matth. 27, 2. Luc. 3, 1. aut *pauntjau*; lectio codicis ferri posset, si nomen graecum illi viro Ποντείος esset, quum autem Πόντιος appelletur, librarius sine dubio — *eau* pro — *jau* falso scripsit; sic librarii negligentia *e* et *j* permutata sunt etiam Cor. 2, 8, 20 et Nehem. 6, 18.

6, 14. *qum*] sic cod. B; Cast. ‡ *quma*.

6, 15. *in*] in, ° gr. omn. — *taikneiþ*] sic cod. B; Cast. ‡ *taikniþ*. — *jah*] sec. et, ° gr. omn.

6, 16. *jah*] et, ° gr. — *manne ni ainshun*] hominum non unus, ∾ gr. omn.

# Du Teimauþaiu anþara.

1, 1 Pavlus apaustaulus ïesuis xristaus þairh viljan guþs bi gahaitam libainais þizos
2 ïn xristau ïesu. teimauþaiau liubin barna ansts armaio gavairþi fram guþa
3 attin jah xristau ïesu fraujin unsaramma. aviliudo guþa meinamma þammei
skalkino fram fadreinam ïn hrainjai gahugdai waiva unsveibando haba bi
4 þuk gaminþi ïn bidom meinaim naht jah daga. gairnjands þuk gasaiwan
5 gamunands tagre þeinaize ei fahedais usfullnau. gamaudein andnimands
þizos sei ïst ïn þus unliutons galaubeinais sei bauaida faurþis ïn avon þeinai
6 lauïdja jah aiþein þeinai aivneika. aþþan traua þatei jah ïn þus. ïn þizozei
vaihtais gamaudja þuk anaqiujan anst guþs sei ïst ïn þus þairh analagein handive

## Ad Timotheum altera.

1, 1. Pavlus apostolus Iesu Christi per voluntatem dei secundum promissiones vitae huius in Christo Iesu, 2. Timotheo, dilecto filio. Gratia, misericordia, pax a deo patre et Christo Iesu domino nostro. 3. Gratias-ago deo meo, cui servio a parentibus in pura conscientia, quomodo indesinenter habeo de te memoriam in precibus meis nocte et die. 4. Cupiens te videre, recordans lacrimarum tuarum, ut gaudio explear, 5. memoriam accipiens huius, quae est in te infucatae fidei, quae habitavit prius in avia tua Loide et matre tua Evnice; at confido, quod etiam in te. 6. Propter quam rem admoneo te, resuscitare gratiam dei, quae est in te per impositionem manuum

## *Adnotatio.*

Inscript. In cod. A nulla inscriptio legitur; in cod. B initium usque ad vs. 5 deest; igitur inscriptionem de coniectura addidimus.

1, 1. *gahaitam*] promissiones, gr. omn. *ἐπαγγελίαν*.

1, 3. *aviliudo*] Cast. ‡ *avilluao*. — *meinamma*] meo ° gr. – *unsveibando*] Cast. opinatur, Gothum h. l. neutro uti, quemadmodum Graeci, nimirum *ἀδιάλειπτον*, usi sint; sed vir doctus non vidit, *ἀδιάλειπτον* non neutrum, sed femininum idque ad *μνείαν* referendum esse; Gothum autem neutro eam ob causam uti, quia *gaminþi* eius generis est. Quod si non ad *gaminþi* referretur, dicendum erat *unsveibands aviliudo*, uti legitur Eph. 1, 16 cf. Thess. 1, 5, 17 *unsveibandans bidjaiþ*. Qua opportunitate usi monemus, etiam Thess. 1, 2, 13 pro *unsveibandanei*, quod Castillionaei auctoritate freti edidimus, scribendum esse *unsveibandans*, eamque lectionem, a nobis jam pridem coniectura inventam, Cast. in codice iterum inspecto invenit. — *þuk*] sic cod. A; Cast. ‡ *þus*.

1, 4. *tagre þeinaize*] Cast. e loco plane deleticio male *þeinaize tagre* edidit.

1, 5. *lauïdja*] sic cod. A, nos malumus *lauïdjai*; ceterum Gothus pro *Λωΐδι* legisse videtur *Λοΐδι*, quia graecum *o* gothice per *au* exprimi solet, quamquam etiam *au* pro graeco *ω* ponitur: *adaunelkam Ἀδωνικάμ* Esdr. 2, 13. *daurþaius Δωρι-s*. *Δωρόθεος* Calend. Goth. *nauel Νῶε* Luc. 17, 27. *praitauria πραιτώριον* Ioh. 18, 33. *trauada Τρωάς* Cor. 2, 2, 12. Tim. 2, 4, 13. *trakauneitidus Τραχωνῖτις* Luc. 3, 1. — *aivneika*] ab ultimis literis duabus huius vocis cod. B incipit, librarius autem pro *ka* male *ra* scripsit. Ceterum pro *aivneika* optamus *aivneikai*. — *aþþan*] Cast. ‡ *þan*, nam *þan* si significat *δέ*, in initio enuntiati non ponitur, et Cast. ipse *aþþan* legendum esse existimat, nam ante *þan* in utroque codice locus literis duabus vacat.

1, 6. *analagein*] sic cod. B; cod. A *lagein*, sic 1, 5, 22 *χεῖρας ἐπιτιθ γαι* Gothus per simplex *lagjan handuns* convertit.

7 meinaizo. unte ni gaf unsis guþ ahman faurhteins ak mahtais jah friaþvos jah
8 ïnaheins. ni nunu skamai þuk veitvodiþos fraujins unsaris ïesuis nih meina
9 bandjins ïs ak miþarbaidei aivaggeljon bi mahtai guþs þis nasjandins uns jah
laþondins laþonai veihai ni bi vaurstvam unsaraim ak bi seinai leikainai jah
10 anstai sei gibana ïst unsis ïn xristau ïesu faur mela aiveina. ïþ gasvikunþida
nu þairh gabairhtein nasjandis unsaris ïesuis xristaus gatairandins raihtis dauþau
11 ïþ galiuhtjandins libain jah unriurein þairh aivaggeljon. ïn þoei gasatiþs ïm
12 ïk merjands jah apaustaulus jah laisareis þiudo. ïn þizozei fairinos jah þata
vinna. akei nih skama mik unte vait wamma galaubida jah gatraua þammei
13 mahteigs ïst þata anafilh mein fastan ïn jainana dag. frisaht habands hailaize
vaurde þoei at mis hausides ïn galaubeinai jah friaþvai ïn xristau ïesu.
14. 15 þata godo anafilh fastai þairh ahman veihana saei bauïþ ïn uns. vaist þatei

---

mearum; 7. nam non dedit nobis deus spiritum timoris, sed virtutis et amoris et sobrietatis. 8. Ne igitur pudeat te testimonii domini nostri Iesu, neque mei vincti eius, sed collabora evangelio secundum virtutem dei, 9. huius servantis nos et vocantis vocatione sancta, non secundum opera nostra, sed secundum suum placitum et gratiam, quae data est nobis in Christo Iesu ante tempora aeterna, 10. verum manifestata nunc per apparitionem servatoris nostri Iesu Christi, destruentis quidem mortem, verum illuminantis vitam et perpetuitatem per evangelium, 11. in quo positus sum ego praedicans et apostolus et doctor gentilium; 12. propter quam causam etiam hoc patior; sed nec pudet me, nam scio, cui credidi, et confido, quod potens est hoc traditum meum servare in illum diem. 13. Delineationem habens sanorum verborum, quae apud me audivisti in fide et amore in Christo Iesu, 14. hoc bonum traditum serva per spiritum sanctum, qui habitat in nobis. 15. Scis, quod

---

1, 7. *friaþvos*] cod. A *friþaþvos*.

1, 8. *nunu*] cod. A ‡ *nu*, nam inter *nu* et *nunu* in sententiis prohibitivis hoc interest, quod *nunu* post negationem ipsam collocatur: Matth. 10, 26 et 31 *ni nunu ogeiþ ïzvis ïns*. Rom. 14, 15 *ni nunu mata þeinamma jainamma fraqistjais*. 14, 20 *ni nunu ïn matis gatair vaurstv guþs; nu* autem inter se ipsum et negationem verbum interpositum habet: Matth. 6, 8 *ni galeikoþ nu þaim*. 6, 31 *ni maurnaiþ nu qiþandans*. Rom. 14, 13 *ni þanamais nu uns misso stoþaima*. Eph. 5, 7 *ni vairþaiþ nu gadailans ïm*. Col. 2, 16 *ni manna nu ïzvis bidomjai ïn mata*. — *ïesuis*] ° gr., qui habent, *Χριστόν* addunt.

1, 9. *laþondins*] cod. A *laþondins uns*, vocantis nos, cum edit. Aldin. apud Mill. —

1, 10. *dauþau*] sic pro *dauþu* cod. B; cod. A obliteratus est, vid. ad Tim. 1, 1, 16. — *aivaggeljon*] sic cod. A, ut speramus, qui h. l. exesus est; cod. B ‡ *aivaggeljon*.

1, 12. *þammei*] pro *þatei* (ὅτι), vid. ad Phil. 2, 24. ubi adde: Marc. 16, 4 *gaumidedun* þammei *afvalviþs ïst sa stains*. Luc. 17, 15 *gaumjands* þammei *hrains varþ*. Dicitur etiam Luc. 10, 20 þamma *ni faginoþ* ei *þai ahmans ïzvis ufhausjand*. *ïþ faginod ïn* þammei cet. (*ἐν τούτῳ μὴ χαίρετε, ὅτι τὰ πνεύματα ὑμῖν ὑποτάσσεται, χαίρετε δὲ ὅτι κτλ.*) — *ïn jainana dag*] cod. B et Cast. ‡ *ïn jainamma dag*; in cod. B enim *daga* scriptum esse videtur, *a* autem in terminatione librarius quum propter sensum delevisset, praecedens pronomen emendare neglexit.

1, 13. *habands*] habens, gr. ἔχε, Goth. c. cod. German. ap. Mill. — *friaþvai*] cod. A *friþaþvai*; inter *friaþvai* et *ïn* in cod. A vacuus locus est, in quo articulus *þizai* (τῇ) scriptum fuisse videtur, quem cod. B omnino omittit.

1, 14. *bauïþ*] vid. ad Rom. 7, 18.

1, 15. *vaist*] cod. B et Cast. ‡ *vaits*, cod. A exstinctus; sic librarii literas saepe temere transponunt, cf. Marc. 14, 13. Ceterum Goth. °*ïzvïzo*, nisi forte librarius *þata* propter sequens *þatei* negligenter omisit; idem fac-

afvandidedun sik af mis allai þaiei sind in asiai. þizei ist fygailus jah airmo-
16 gaineis. gibai armaion frauja auneiseifauraus garda unte ufta mik anaþrafstida
17 jah naudibandjo meinaizo ni skamaida sik. ak qimands in rumai usdaudo sokida
18 mik jah bigat. gibai frauja imma bigitan armahairtein at fraujin in jainamma
2, 1 daga jah wan filu mais in aifaison andbahtida mis vaila þu kant. þu nu barn
2 mein valiso insvinþei þuk in anstai þizai in xristau iesu jah þoei hausides at
mis þairh managa veitvodja vaurda guþs þo anafilh triggvaim mannam þaiei
3 vairþai sijaina jah anþarans laisjan. þu nu arbaidei sve gods gadrauhts xristaus
4 iesuis. ni ainshun drauhtinonds fraujin dugavindiþ sik gavaurkjam þizos aldais
5 ei galeikai þammei drauhtinoþ. jah þan jabai haifsteiþ was ni veipada
6 niba vitodeigo brikiþ. arbaidjands airþos vaurstvja skal frumist akrane

averterunt se a me omnes, qui sunt in Asia; horum est Fygelus et Ermogenes. 16. Det misericordiam dominus Onesifori domui, nam saepe me consolatus est et vinculorum meorum non puduit eum, 17. sed veniens in Romam sollicite quaesivit me et invenit; 18. det dominus ei invenire misericordiam apud dominum in illo die et quam multum magis in Efeso subministravit mihi, bene tu scis. 2, 1. Tu igitur, fili mi dilecte, confirma te in gratia hac in Christo Iesu, 2. et quae audivisti a me per multa testimonia verba dei, haec commenda fidelibus hominibus, qui idonei sint etiam alios docere. 3. Tu igitur labora uti bonus miles Christi Iesu. 4. Non unus militans domino implicat se negotiis huius vitae, ut placeat, cui militat. 5. Et vero si certat quis, non coronatur, nisi legitime luctatur. 6. Laborans terrae cultor debet primum fruges

tum est 1, 1, 9. — *þizei*] horum, sic in cod. B, codex autem A obliteratus esse pergit; ceterum graecum ὧν per *þizei* reddendum erat, nec dubitamus, quin interpres sic scripserit, librarius autem duplex *e* negligentia semel tantum posuerit, vid. 2, 17. — *fygailus*] gr. φύγελλος. — *airmogaineis*] sic Gothus pro Ἑρμογένης suppresso spiritu aspero pronuntiavit, sic infra 2, 17 *ymainaius*, quum 1, 1, 20 recte *hymainaius* scripsisset. Notandum etiam est, in eodem nomine proprio graecum *o* parvum per gothicum *o* longum exprimi, cf. ad Phil. 4, 2.

1, 16. *garda*] sic cod. B; Cast. ‡ *gardin*.

1, 17. *usdaudo*] sollicite, gr. σπουδαιότερον.

1, 18. *frauja imma*] dominus ei, ∾ gr. omn. — *mais*] magis, hoc adverbium hoc loco positum sensum plane perturbat, quum autem paulo infra *vaila* positivus pro βέλτιον comparativo legatur, illud *mais*, a librario falso loco scriptum ante aut post *vaila* collocandum esse existimamus. Ceterum h. l. cod. A adeo exstinctus est, ut, ubi haec pagina finiatur, Castillionaeo plane dubium sit; pergit autem demum 2, 21.

2, 1. *valiso*] dilecte, ° gr. omn.

2, 2. *veitvodja vaurda guþs*] testimonia verba dei gr. omn. μαρτύρων. Gothum potius μαρτυρίων legisse videri, iam Cast. recte adnotavit; *vaurda guþs*, quae omnino abundant, sine dubio librarius e margine, ubi a glossatore posita erant, huc inseruit, de qua re diximus ad Cor. 1, 15, 6 et Prolegg. XX, 59. Ceterum Cast. ‡ ict. *veitvodjavaurda*, Massm. l. l. p. 211 et 212 modo iunctim, modo divisim scribit, et ubi dividit *veitvodja* ei adiectivum esse videtur; si autem sic statuitur, quid *guþs*, additamento otiosissimo, fiet? — *triggvaim mannam*] cod. B ‡ *triggvaimannam*, vid. ad Thess. 2, 3, 17.

2, 3. *xristaus iesuis*] ∾ gr.

2, 4. *fraujin*] domino, graeci alii omittunt, alii τῷ θεῷ legunt; Goth. τῷ κυρίῳ in libro suo legit. — *gavaurkjam þizos aldais*] negotiis huius vitae, ∾ gr. omn. — *galeikai þammei drauhtinoþ*] placeat cui militat, gr. omn. τῷ στρατολογήσαντι ἀρέσῃ.

2, 6. *arbaidjands*] cod. B ‡ *arbaidjans*, vid. ad 1, 1, 3. — *airþos vaurstvja*] terrae cultor, gr. omn. γεωργός; quod si Cast. dicit, Gothis nomen agricolae non fuisse quod rudes fuissent et pecudes sequti, eum Massm. l. l. p. 219 sq. optime confutat et patribus nostris rei agrariae cognitionem fortissime vindicat; modo ne agricolam *bauman* sive *akraman* vocibus barbaricis nominasset, para-

7. 8 andniman. fraþei þatei qiþa. gibiþ auk þus frauja fraþi us allaim. gamuneis
9 xrjstu ïesu urrisanana us dauþaim us fraiva davidis bi aivaggeljon meinai. ïn
10 þizaiei arbaidja und bandjos sve ubiltojis. akei vaurd guþs nist gabundan. ïnuh
þis all gaþula bi þans gavalidans ei jah þai ganist gatilona sei ïst ïn xristau
11 ïesu miþ vulþau aiveinamma. triggv þata vaurd jabai miþgadauþnodedum jah
12. 13 miþlibam. jabai gaþulam jah miþþiudanom. jabai afaikam jah ïs afaikiþ uns. jabai ni
14 galaubjam jains triggvs visiþ afaikan sik silban ni mag. þizei gamaudei veitvodjands
ïn andvairþja fraujins. vaurdam veihan du ni vaihtai daug niba usvalteinai þaim
15 hausjondam. usdaudei þuk silban gakusanana usgiban guþa vaurstvjan unaiviskana
16 raihtaba raidjandan vaurd sunjos. iþ þo dvalona usveihona lausavaurdja bivandei
17 unte filu gaggand du afgudein, jah vaurd ïze sve gund vuliþ. þizei vesun ymai-

percipere. 7. Intellige, quod dico; dat enim tibi **dominus** intelligentiam ex omnibus. 8. Recordare Christum Iesum resuscitatum e mortuis e semine Davidis secundum evangelium meum, 9. in quo laboro usque-ad vincula, uti maleficus; sed verbum dei non-est vinctum. 10. Propterque id omne patior de his electis, ut etiam hi salutem assequantur, quae est in Christo Iesu cum gloria aeterna. 11. Fidele hoc verbum, si commortui-sumus, etiam cumvivimus; 12. si patimur, etiam cumregnamus; si non-agnoscimus, etiam is non-agnoscit nos; 13. si non credimus, ille fidelis manet, renuntiare sibi ipsi non potest. 14. Horum recordare testificans in facie domini; verbis contendere ad non quidquam prodest *nisi* (ad) subversionem his audientibus. 15. Stude te ipsum probatum exhibere deo operatorem inconfusibilem, recte constituentem verbum veritatis. 16. Verum hos ineptos, profanos inanes-sermones devita, nam multum eunt ad impietatem, 17. et verbum eorum uti pus fervet; quorum fuerunt Yme-

tum enim erat *vaurstvja*, quod Marc. 12, 1. Luc. 20, 9. Ioh. 15, 1 γεωργόν significat.

2, 7. *gibiþ*] dat, gr. δώῃ, Goth. c. codd. δώσει legit. — *us allaim*] ex omnibus, gr. omn. ἐν πᾶσιν.

2, 8. *xristu ïesu*] ≻ gr. omn.

2, 11. *jabai*] Goth. ° γάρ.

2, 13. *afaikan*] Goth. c. codd. ° γάρ.

2, 14. *vaurdam — hausjondam*] verbis — audientibus, Gothus sensum magis quam verba textus graeci secutus est, convertit enim quasi legisset: λογομαχεῖν (γὰρ) εἰς οὐδὲν χρήσιμον εἰ μὴ ἐπὶ κτλ. Ceterum *hausjondam* non mendose scriptum est pro *hausjandam*, uti Cast. opinatur, nam vid. ad Luc. 5, 15.

2, 15. *gakusanana*] sic cod. B; Cast. ‡ *gakusanana*.

2, 16. *dvalona, usveihona*] ineptos, profanos, gr. omn. solummodo βεβήλους. — *lausavaurdja*] Massmanno l. l. p. 126 dubium esse videtur, quia 1, 1, 6 *lausavaurdei* legatur, sed utrumque recte habet; *lausavaurdja* hoc loco est a *lausavaurdi*, quam formam etiam *andavaúrdi* Luc. 2, 47. Ioh. 19, 9 et *gavaurdi* Cor. 1, 15, 33 habent; *lausavaurdei* autem formatum est uti *aglaitivaurdei* Col. 3, 8. *dvalavaurdei* Eph. 5, 4. *filuvaurdei* Matth. 6, 7. — *unte —*

*afgudein*] nam — impietatem, Cast. qui, ut fere solet, hoc loco inique, ne dicamus maligne de linguae gothicae virtutibus loquitur, sensum horum verborum plane non perspexit, vid. autem quae adnotavimus ad 1, 3, 8. Nam praepositio *ïnt* a Gotho non omissa, sed per *du* reddita et ad *afgudein* posita est, neque si vere abesset, Cast. dicere debebat, per *unte* posse reddi, id quod Massm. l. l. p. 134 iam animadvertit; neque *und filu* h. l. dici potest, nam hoc, nisi cum *mais* iunctum, ante comparativum non invenitur, vid. Luc. 18, 39. Cor. 2, 3, 9. Phil. 1, 23.

2, 17. *gund vuliþ*] Cast. ‡ *gun svuliþ*, cod. B *gun.. vuliþ*, litera inter *n* et *v* omnino deleta; quum igitur *gunt*, *kund* apud Germanos veteres et *gund* apud Anglosaxones pus, saniem significet (Graff IV. 219); deinde *svulan* gothicum non sit, *vulan* autem iam Rom. 12, 11 inveniatur, non dubitamus lectionem nostram pro certa habere, neque multum afuit, quin Massmann. qui l. l. p. 201 *guns vuliþ* coniecit, et Grimm, qui Gram. I. 564 (3. edit.) *gunds vuliþ* optavit, rectam lectionem invenirent. — *vesun*] fuerunt, gr. omn. ἐστί; pariter cum duobus subiectis singularibus verbum plurale ponitur Luc. 2, 43 *vissedun ïosef jah aibei*, gr. ἔγνω Ἰωσὴφ καὶ ἡ μήτηρ. — *ymai-*

18 naius jah filetus. þaiei bi sunja usvissai usmetun qiþandans usstass ju vaurþana
19 jah galaubein sumaize usvaltidedun. aþþan tulgus grunduvaddjus guþs standiþ
habands sigljo þata. kunþa frauja þans þaiei sind ïs jah afstandai af unselein wazuh
20 saei namnjai namo fraujins. aþþan ïn mikilamma garda ni sind þatainei kasa gulþeina
jah silubreina ak jah triveina jah digana jah suma du sverain sumuþ-þan du unsve-
21 rain. aþþan jabai was gahrainjai sik þizei vairþiþ kas du sveriþai gaveihaiþ bruk
22 fraujin du allamma vaurstve godaize gamanviþ. aþþan juggans lustuns þliuh ïþ
laistei garaihtein galaubein friaþva gavairþi miþ þaim bidai anahaitandam fraujan us
23 hrainjamma hairtin. ïþ þos dvalons jah untalons soknins bivandei vitands þatei
24 gabairand sakjons. ïþ skalks fraujins ni skal sakan ak qairrus visan viþra allans
25 laiseigs usþulands ïn qairrein talzjands þans andstandandans niu wan gibai ïm
26 guþ ïdreiga du ufkunþja sunjos. jah usskavjaindau us unhulþins vruggon

---

naeus et Filetus, 18. qui circa veritatem secreti versati-sunt, dicentes, resurrectionem iam factam et fidem quorumdam subverterunt. 19. At firmum fundamentum dei stat, habens signaculum hoc: novit dominus hos qui sunt eius, et: discedat ab impietate quisque, qui nominet nomen domini. 20. At in magna domo non sunt solum vasa aurea et argentea, sed etiam lignea et fictilia et quaedam ad honorem, quaedam autem ad contumeliam. 21. At si quis mundat se his, fit vas ad honorem sanctificatum, utile domino ad omne operum bonorum paratum. 22. At juveniles cupiditates fuge, verum sequere justitiam, fidem, amorem, pacem cum his prece invocantibus dominum ex puro corde; 23. verum has ineptas et stultas quaestiones devita, sciens, quod proferunt concertationes. 24. Verum servus domini non debet concertare, sed mansuetus esse adversus omnes, docibilis, patiens, 25. in mansuetudine docens hos adversantes, num forte det iis deus poenitentiam ad cognitionem veritatis, 26. et resipiscant ex diaboli tendicula,

---

*naius*] vid. ad 1, 15; Cast. edidit *ymainaïus*, dicit autem in codice super *i* non duo tantum, sed tria puncta posita esse videri. Sed neque scriptores horum codicum in mediis verbis puncta scribere, neque Gothi sonum *ai* in his nominum terminationibus pronuntiando distrahere solent. Fortasse illa puncta maculae membrana fortuito factae sunt, cf. Massm. Skeir. p. 17.

2, 18. *sunja*] cod. B et Cast. ‡ *sunjai*, quod satis inepte dictum esset, non enim *κατὰ τὴν ἀλήθειαν* sed *περὶ τὴν ἀλήθειαν* aberraverunt. Orta autem codicis lectio e terminatione verbi sequentis *usvissai*, vid. Skeir. p. 33, 10 *miþ baitreins þvatreins*, pro *baitrein*. cf. Cor 2. 3, 18 cod B *af fraujins ahmins* pro *ahmin*. Skeir. 40, 20 *du daupeinais garehanais* pro *garehanai*, ubi librarius terminatione praecedente in errorem inductus est. — *galaubein* — *usvaltidedun*] fidem — subverterunt, ∾ gr. omn.

2, 20. *sverain* — *unsverain*] Massm. l. l. p. 132 recte dicit, hanc codicis lectionem falsam et aut *sverainai* — *unsverainai*, aut *sverein* — *unsverein* legendum esse; nam de accusativo post *du* praepositionem posito, ad exemplum Col. 4, 10. 13. h. l. cogitari non debet.

2, 21. *gaveihaiþ*] Goth. °*καί*. *du*] pergit cod. A.

2, 22. *friaþva*] cod. A *frijaþva*. — *bidai anahaitandam*] prece invocantibus, gr. solummodo *ἐπικαλουμένων*, sic Rom. 10, 13. cf. Thess. 1, 4, 1. — *fraujan*] ita recte in cod. A; in cod. B dubito an legam *frauja*, quod mendum librarii. CAST.

2, 25. *andstandandans*] resistentes, gr. *ἀντιδιατιθεμένους*, Goth. c. codd. *ἀντικειμένους* legit, vid. 1, 1, 10. Gal. 5, 17. Thess. 2, 2, 4. — *niu wan*] Castillonaeo videtur Luc. 4, 11 *wan ni* (immo *ei wan ni*) eadem significatione dici, qua h. l. *niu wan*; nobis non idem videtur, sed Gothus sensum, utroque loco diversum, optime perspexit, id quod eius translatio utriusque loci diversa comprobat.

2, 26. *usskavjaindau*] sic cod. B; cod. A *usskarjaindau*. Lectionem codicis B cum Castillionaeo praeferimus propterea, quod Gothus etiam Cor. 1, 15, 34 *ἐκνήφειν* per *usskavjan sik* et Thess. 1, 5, 8 *νήφωμεν* per

3, 1 fram þammei gafahanai tiuhanda afar ïs viljin. aþþan þata kunneis ei ïn spedistaim
2 dagam atgaggand jera sleidja. jah vairþand mannans sik friondans faihugairnai
bihaitjans hauhhairtai vajamerjandans fadreinam ungawairbai launavargos unairknai
3 unhunslagai unmildjai fairinondans ungahabandans sik unmanariggvai unseljai
4 fralevjandans untilamalskai ufbaulidai frijondans viljan seinana mais þau guþ
5. 6 habandans hivi gagudeins ïþ maht ïzos ïnvidandans. jah þans afvandei. unte us
þaim sind þaiei sliupand ïn gardins jah frahunþana tiuhand qineina afhlaþana
7 fravaurhtim þoei tiuhanda du lustum missaleikaim. sinteino laisjandona sik ni
8 aiv wanhun ïn ufkunþja sunjos qiman mahteiga. aþþan þamma haidau ei jannis
jah mambres andstoþun moseza sva jah þai andstandand sunjai mannans fravaur-
9 þanai ahin uskusanai bi galaubein. akei ni þeihand du filusnai unte unviti ïze svikunþ

---

a quo capti ducuntur post eius voluntatem. 3, 1. At hoc cognoscas, quod in ultimis diebus accedunt anni difficiles, 2. et fiunt homines se amantes, pecuniae-cupidi, jactatores, superbi, maledici, parentibus non-obedientes, ingrati, impii, 3. non-libantes, non-diligentes, calumniantes, non-continentes se, inmanfueti, bonorum-inimici, 4. prodentes, protervi, inflati, amantes voluntatem suam magis quam deum, 5. habentes speciem pietatis, verum virtutem eius negantes; etiam hos devita. 6. Nam ex his sunt, qui irrepunt in domos et captivas agunt mulierculas oneratas peccatis, quae aguntur ad cupiditates varias, 7. semper docentes se, non tempore ullo in cognitionem veritatis venire potentes. 8. At hoc modo quo Iannis et Mambres restiterunt Mosi, sic etiam hi resistunt veritati, homines deperditi mente, reprobati de fide. 9. Sed non proficiunt ad multitudinem, nam insipientia eorum manifesta

---

*uskavai stjaima* convertit; lectionem codicis A, quae Massmanno l. l. p. 138. 203 valde arridet et quam (allato veterosaxon. *scerian*) *ordinare, ornare* explicat, ferremus, si h. l. mentio ordinationis vel ornatus cuiusdam (ex diaboli tendiculis) sensui apta esset. Passivi autem pro activo cum *sik* positi simile exemplum invenies Cor. I, 15, 33 *ni afairžaindau* (irret euch nicht!). — *fram þammei gafahanai tiuhanda*] a quo capti ducuntur, gr. omn. ἐζωγρημένοι ὑπ' αὐτοῦ, Goth. c. Vulg.; ceterum cod. A pro *tiuhanda* praebet *habanda* (tenentur). — *afar*] post, gr. omn. εἰς.

3, 1. *jera*] anni, gr. omn. καιροί.

3, 2. *jah*] et, gr. γάρ. — *friondans*] cod. A *frijondans* et in marg. *seinaigairnai*, perperam pro *seinagairnai*, sic idem cod. Tit. 1, 10 *lausaivaurdai* pro *lausavaurdai*; hoc mendum e terminatione sequentium ortum est; aut quum librarius eiusdem codicis Tim. I, 1, 4 *andalausaize* pro *andilausaize* male scripserit, fere adducimur, ut suspicemur, hunc hominem verba nonnumquam scripsisse, uti os vulgi ea indistincte pronuntiaret. Ceterum etiam div. *seina gairnai* scribendum est, nam cum pronominibus verba componi non solent. — *hauhhairtai*] cod. B ‡ *hauhairtai*. — *unairknai*] cod. A *unairknans*.

3, 3. *unhunslagai, unmildjai*] non-libantes, non-diligentes, ∾ gr. — *unmanariggvai*] cod A ‡ *unmanarigvai*. —

3, 4. *frijondans viljan seinana*] amantes voluntatem suam, gr. omn. φιλήδονοι, quod est *voluptatem* amantes; Castillionaeo probabile videtur, Gothum latinas versiones sequentem in iis pro *voluptatem* legisse *voluntatem*; cf. ad Eph. 2, 3. — *þau*] Cast. ‡ *þan*.

3, 5. *jah þans*] cod. A *jaþ-þans*.

3, 6. *þaiei*] sic recte cod. A; cod. B et Cast. ‡ *þoei*, quae. — *du lustum*] ad cupiditates, gr. omn. ἐπιθυμίαις, casu instrumentali; ceterum pro *lustum* cod. A ‡ *luslustum*, cf. ad Ioh. 9, 41.

3, 7. *ni*] non, cod. A c. gr. omn. *jan-ni*, καὶ μή.

3, 8. *þamma* — *ei*] vid. ad Luc. 1, 20 et ad Col. 1, 9. cf. Rom. 9, 20 et ad Luc. 10, 5. — *jannis*] cod. A *jannes*. — *mambres*] gr. Ἰαμβρῆς.

3, 9. *svikunþ*] cod. A marg. *gatarhiþ*, famosa. —

10 vairþiþ allaim svasve jah jainaize vas. ïþ þu galaista ïs laiseinai meinai usmeta
11 muna sidau galaubeinai usbeisnai friaþvai þulainai. vrakjom vunnim wileika
mis vaurþun ïn antiaukiai ïn eikaunion ïn lystros wileikos vrakos usþulida jah
12 us allaim mik galausida frauja. jah þan allai þaiei vileina gagudaba liban ïn
13 xristau ïesu vrakos vinnand. ïþ ubilai mannans jah liutai þeihand du vairsizin
14 airzjai jah airzjandans. ïþ þu framvairþis visais ïn þaimei galaisides þuk jah
15 gatrauaida sind þus vitands at wamma ganamt. jah þatei us barniskja veihos
bokos kunþes þos mahteigons þuk usfratvjan du ganistai þairh galaubein þo ïn
16 xristau ïesu. all boko gudiskaizos ahmateinais jah þaurftos du laiseinai du
17 gasahtai du garaihteinai du talzeinai ïn garaihtein. ei ustauhans sijai manna
4, 1 guþs du allamma vaurstve godaize gamanviþs. veitvodja ïn andvairþja guþs
jah fraujins xristaus ïesuis saei skal stojan qivans jah dauþans bi qum ïs

---

fit omnibus sicuti etiam illorum fuit. 10. Verum tu sectator es doctrinae meae, vitae-rationi, proposito, mori, fidei, longanimitati, amori, patientiae, 11. persecutionibus, passionibus, qualia mihi facta-sunt in Antiocia, in Iconio, in Lystris, quales persecutiones passus-sum et ex omnibus me liberavit dominus. 12. Et autem omnes, qui volunt pie vivere in Christo Iesu, persecutiones patiuntur. 13. Verum mali homines et simulatores proficiunt ad peius, errantes et errare-facientes; 14. verum tu porro maneas, in quibus docuisti te et (quae) credita sunt tibi, sciens a quo accepisti, 15. et quod a pueritia sacros libros nosti hos valentes te instruere ad salutem per fidem hanc in Christo Iesu. 16. Omne librorum divinae spirationis et utiles ad doctrinam, ad vituperationem, ad instructionem, ad institutionem in iustitia, 17. ut perfectus sit homo dei ad omne operum bonorum paratus. 4, 1. Testificor in facie dei et domini Christi Iesu, qui debet judicare vivos et mortuos in adventu eius,

---

*jah*] etiam, °cod. B, in cod. A supra lineam scriptum est.

3, 10. *galaista ïs*] Cast. et Massm. l. l. p. 138 *galaistais*, quod ab utroque librario male pro *galaistjais* scriptum esse illi opinantur; sed quid quaesumus coniunctivus hoc loco et hac verborum structura significat, quum textus graecus perfectum habeat? Lectioni nostrae fides datur e Gal. 6, 16 *sva managai sve þizai garaideinai galaistans sind*, ὅσοι τῷ κανόνι τούτῳ στοιχήσουσι. Marc. 1, 36 *jah galaistans vaurþun ïmma*, καὶ κατεδίωξαν αὐτόν. Ceterum cod. A marg. ‡ *galaisides* pro *galaistides* (secutus es). — *laiseinai meinai*] doctrinae meae, ∾ gr. omn. — *sidau*] mori, °gr. omn. — *friaþvai*] cod. A *friþavai*.

3, 11. *lystros*] quum haec forma dativi non gothica sit, interpres graeca forma usus esse videtur, quod eum saepius fecisse inter omnes constat, sic *ïairuzaulymon*, *gazaufjalkio*, *þomun* al.; *o* autem posuit pro graeco *οι*, quia haec vocalis linguam gothicam plane deficit; *Βέροια* igitur in Calend. Goth. per *bairauja* redditur. — *vrakos*] cod. A *vrakjos*, cf. ad Gal. 6, 12. — *usþulida*] sic uterque cod. ‡ pro *usþulaida*.

3, 13. *du vairsizin*] cod. A marg. *du ubelamma* (sic pro *ubilamma*, vid. ad Luc. 8, 17), ad malum. — *airzjai jah airzjandans*] errantes et errare facientes, ∾ gr. omn.; Goth. cum Vulg.

3, 14. *framvairþis*] porro (non *constans*, uti Cast. interpretatur), °gr. omn. — *jah*] sic cod. B; in cod. A utrum *jan* an *jau* scriptum sit, Cast. discernere non potuit.

3, 15. *usfratvjan*] sic codd. pro *usfraþjan* aut *usfraþjan*, uti Castillionaeo videtur.

3, 16. *garaihteinai* — *garaihtein*] Cast. vult notari, *garaihteins* hoc versu et graeco ἐπανόρθωσις et δικαιοσύνη respondere; sed errat ille quidem, nam *garaihteinai* sensu transitivo a *garaihteins*, *garaihtein* autem sensu intransitivo a *garaihtei* est.

3, 17. *manna guþs*] homo dei, ∾ gr. omn.; Goth. cum Vulg.

4, 1. *fraujins*] domini, °gr. — *xristaus ïesuis*] ∾ gr. — *bi*] in, gr. *καί*. — *qum*] Massmanno l. l. p. 204 dativus, elisione ortus, esse videtur, cuius mirae coniecturae nulla est necessitas, nam *bi* etiam aliis locis sic cum accusativo ponitur. — *ïs*] pr., Goth. °*καί*.

2 þiudinassu is. merei vaurd stand uhteigo unuhteigo gasak gaþlaih gawotei in
3 allai usbeisnai jah laiseinai. vairþiþ mel þan haila laisein ni usþuland ak du
4 seinaim lustum dragand sis laisarjans suþjondans hausein. aþþan af sunjai
5 hausein afvandjand iþ du spillam gavandjand sik. iþ þu andaþahts sijais in
6 allaim arbaidei vaurstv vaurkei aivaggelistins andbahti þein usfullei. aþþan
7 ik ju hunsljada jah mel meinaizos disvissais atist. haifst þo godon haifstida run
8 ustauh galaubein gafastaida. þaþro þan galagiþs ist mis vaips garaihteins þanei
usgibiþ mis frauja in jainamma daga sa raihta staua. aþþan ni þatainei mis ak
9. 10 jah allaim þaiei frijond qum is. sniumei qiman at mis sprauto. unte demas
mis bilaiþ frijonds þo nu ald jah galaiþ du þaissalauneikai krispus du galatiai
11 teitus du dalmatiai. lukas ist miþ mis ains marku andnimands brigg miþ þus
12 silbin unte ist mis bruks du andbahtja. aþþan tykeiku insandida in aifaison.
13 hakul þanei bilaiþ in trauadai at karpau qimands atbair jah bokos þishun maim-
14 branans. alaiksandrus aizasmiþa managa mis unþiuþa ustaiknida. usgildiþ imma

---

regno eius; 2. praedica verbum, insta opportune, importune, vitupera, adhortare, increpa in omni patientia et doctrina. 3. Fit tempus, quum sanam doctrinam non patiuntur, sed ad suas cupiditates acervant sibi doctores titillantes auditum, 4. at a veritate auditum avertunt, verum ad fabulas convertunt se. 5. Verum tu sobrius sis in omnibus, labora, opus operare evangelistae, ministerium tuum exple. 6. At ego nunc sacrificor et tempus mei discessus adest. 7. Pugnam hanc bonam pugnavi, cursum finivi, fidem servavi; 8. inde autem imposita est mihi corona justitiae, quam dat mihi dominus in illo die, hic iustus iudex; at non solum mihi, sed etiam omnibus, qui amant adventum eius. 9. Festina venire ad me celeriter; 10. nam Demas me deseruit amans hanc nunc vitam et profectus-est ad Thessalonicem, Crispus ad Galatiam, Titus ad Dalmatiam; 11. Lucas est cum me unus; Marcum excipiens duc cum te ipso, nam est mihi utilis ad ministerium. 12. At Tycecum misi in Efesum. 13. Penulam, quam reliqui in Troade apud Carpum, veniens adfer et libros, maxime membranas. 14. Alexander ferrarius-faber multis me malis affecit; remunerat ei

---

4, 2. *stand*] cod. A *instand*. — *uhteigo*] sic rectius cod. A, cod. B *ohteigo*, cf. ad Luc. 4, 13. — *gaþlaih gawotei*] adhortare, increpa, ∾ gr.

4, 3. *vairþiþ*] Goth. °*γάρ*. — *dragand sis*] acervant sibi, ∾ gr.; ceterum cod. A *gadragand*, concervant. — *suþjondans*] cod A *suþjandans*, cf. ad 2, 14. Ceterum Goth. h. l. sensum magis quam verba sequitur; *suþjondans* enim est accusativus ad *laisarjans* referendus et interpretandum est: quaerunt magistros, qui aures suas delectent.

4, 4. init. Goth. °*καί*.

4, 6. *disviseais*] discessus, cod. A marg. *gamalteinais*, dissolutionis.

4, 8. *þaþro þan*] inde autem, cod. A *þabrok*, inde. — *vaips garaihteins*] corona iustitiae, ∾ gr. omn. — *raihta*] cod. A *garaihta*, quod multo frequentius est, cf. tamen ad Rom. 9, 33.

4, 10. *jah*] cod. A *jag-*. — *krispus*] sic cod. B cum Syr.; cod. A *kreskus*, cum gr. — *teitus du dalmatiai*] Titus ad Dalmatiam, °cod. B.

4, 11. *miþ mis ains*] cum me unus, ∾ gr. — *andbahtja*] desinit cod B.

4, 13. *hakul*] sic in cod. A, quod Massm. l. l. p. 127 sq. coniectura invenit; Cast. ‡ *hakga*.

4, 14. *alaiksandrus*] cod. A ‡ *alaialksandrus*, de qua falsa syllabarum repetitione vid. ad Ioh. 9, 41. — *usgildiþ*] retribuit (*ἀποδώσει*), gr. *ἀποδῴη*.

15 frauja bi vaurstvam is. þammei jah þu vitai filu auk andstoþ unsaraim vaur-
16 dam. in frumiston meinai sunjonai ni manna mis miþvas ak allai mis biliþun.
ni rahnjai ... — —

---

dominus secundum opera eius; 15. quem etiam tu cave, multum enim restitit nostris verbis. 16. In prima mea defensione non homo mihi adfuit, sed omnes me deseruerunt; ne imputetur — —

---

4, 16. *miþvas*] cod. A ‡ *miþvasa*. — *ni*] Goth. αὐτοῖς aut omisit, aut post λογισθείη in codice suo invenit, quamquam in nullo eorum librorum, quos habemus, sic legitur.

# Du Teitau *anastodeiþ.*

1, 1 Pavlus skalks guþs ïþ apaustaulus ïcsuis xristaus bi galaubeinai gavalidaize
2 guþs jah ufkunþja sunjos sei bi gagudein ïst. du venai libainais aiveinons
3 þoei gahaihait unliugands guþ faur mela aiveina. ïþ atbairhtida mela svesamma
vaurd sein ïn mereinai sei gatrauaida ïst mis bi anabusnai nasjandis unsaris
4 guþs. teitau valisin barna bi gamainjai galaubeinai ansts jah gavairþi fram
5 guþa attin jah xristau ïesu nasjand unsaramma. ïn þizozei vaihtais bilaiþ þus
ïn kretai ïn þize ei vanata atgaraihtjais jah gasatjais and baurgs praizbytairein
6 svasve ïk þus garaidida. jabai was ïst ungafairinonds ainaizos qenais aba barna
7 habands galaubeina ni ïn usqissai usstiureins aiþþau ungawairba. skaluþ-þan

## Ad Titum incipit.

1, 1. Pavlus servus dei, verum apostolus Iesu Christi, secundum fidem electorum dei et cognitionem veritatis, quae secundum pietatem est, 2. ad spem vitae aeternae, quam promisit non-mentiens deus ante tempora aeterna, 3. verum manifestavit tempore proprio verbum suum in praedicatione, quae credita est mihi secundum praeceptum servatoris nostri dei, 4. Tito, dilecto filio, secundum communem fidem, gratia et pax a deo patre et Christo Iesu servatore nostro. 5. Propter quam rem reliqui te in Creta, propter haec ut defectum corrigas et constituas per urbes presbyterium sicuti ego tibi ordinavi. 6. Si quis est integer, unius feminae maritus, filios habens fideles, non in diffamatione luxuriae aut non-obedientes. 7. Debetque enim

## *Adnotatio.*

Fragmenta huius epistolae usque ad 1, 10 in cod. B, 1, 9—2, 1 in cod. A leguntur et jam edita sunt in Specim. Ulfilae partium ineditarum, Mediol. 1819 p. 18 sq.

Inscript. *anastodeiþ*] de hoc verbo nihil nisi litera prima in codice superest. CAST. cf. Prolegg. p. XXIII.

1, 3. *atbairhtida*] sic cod. B; Specim. ‡ *atbairhida.* — *mela svesamma*] tempore proprio, gr. omn. *καιροῖς ἰδίοις.*

1, 4. *valisin*] sic cod. B; Specim. ‡ *validin*, hoc enim est *optato* (vid. Cor. 2, 5, 8. Phil. 1, 22.), *γνήσιος* autem convertitur per *valis*, vid Phil. 4, 3. Tim. 1, 1, 2. cf. 2, 2, 1. Col. 3, 12. — *galaubeinai*] sic cod. B; Specim ‡ *galaubeinals.* — *jah*] pr., gr. *Ἕλεος.* — *xristau ïesu*] gr. *κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.*

1, 5. *þizozei vaihtais*] quam rem, gr. omn. *τούτου.* — *ïn þize ei*] propter haec ut, gr. omn. *ἵνα*; ceterum Cast. ‡ ict. *þizeei*; sic etiam Neh. 5, 18 *ïn þize ei ni* div. scribendum est. — *vanata*] sic cod. B; Specim. ‡ *van[an].* — *and*] sic cod. B; Specim. ‡ *ana.* — *praizbytairein*] presbyterium, gr. omn. *πρεσβυτέρους*, Goth. c. Latin. —

1, 6. *ungafairinonds*] vid. ad Tim. 1, 3, 2.

aipiskaupus ungafairinoþs visan sve guþs fauragaggja ni hauhhairts ni bihaitja
8 ni þvairhs ni veinnas ni slahals ni aglaitgastalds. ak gastigods bleiþs andaþahts
9 garaihts veihs gaþaurbs. andanemeigs bi laiseinai vaurdis triggvis ei mahteigs
10 sijai jah gaþlaihan in laiseinai hailai jaþ-þans andstandandans gasakan. sind auk
11 managai ungawairbai lausavaurdai lutondans þishun þai us bimaita. þanzei skal
gasakan þaiei gardins allans usvaltjand laisjandans þatei ni skuld ist in faihu-
12 gairneins. qaþ auk sums ize sves ize praufetus kretes sinteino liugnjans ubila
13 biarja vambos latos. so ist veitvodei sunjeina in þizozei fairinos gasak ins
14 wassaba ei hailai sijaina in galaubeinai. ni atsaiwandans judaiviskaize spilli
15 jah anabusne manne afvandjandane sis sunja. aþþan all hrain hrainjaim iþ
bisaulidaim jah ungalaubjandam ni vaiht hrain ak bisaulida sind ize jah
16 aha jah miþvissei. guþ andhaitand kunnan iþ vaurstvam invidand andasetjai

---

episcopus irreprehensus esse, uti dei dispensator, non superbus, non iactator, non iracundus, non vinolentus, non percussor, non turpis-lucri-studiosus; 8. sed hospitalis, benignus, sobrius, iustus, sanctus, modestus, 9. curans secundum doctrinam verbum fidele, ut potens sit et consolari in doctrina sana et hos reluctantes arguere. 10. Sunt enim multi non-obedientes, vaniloqui, seducentes, maxime hi ex circumcisione, 11. quos debet arguere; qui domos totas subvertunt, docentes quod non debitum est propter lucri-turpis-cupiditatem. 12. Dixit enim quidam eorum, proprius eorum propheta: Cretes semper mendaces, malae bestiae, ventres pigri. 13. Hoc est testimonium verum, propter quam causam arguе eos severe, ut sani sint in fide, 14. non spectantes iudaicas fabulas et praecepta hominum avertentium sibi veritatem. 15. At omne purum puris, verum maculatis et infidelibus non quidquam purum sed maculata sunt eorum et mens et conscientia. 16. Deum confitentur nosse, verum operibus negant, abominabiles

---

1, 7. *ni bihaitja*] non iactator, °gr. omn.; ceterum Specim. ‡ *ni bihatgja;* neque significat *bihaitja* iurgiosus, uti Cast. Specim. p. 30 convertit, neque iracundus (ὀργίλος), uti Massm. Skeir. Gloss. p. 137 interpretatur, sed ἀλαζών, iactator, vid. Tim. 2, 3, 2. e quo loco gemello illud *ni bihaitja* huc ductum esse videtur.

1, 8. *gaþaurbs*] sic cod. B; Cast. ‡ *gataurbs*, Specim. ‡ *gaþair[d]s.*

1, 9. *vaurdis*] incipit cod. A. — *vaurdis triggvis*] verbum fidele, ∾ gr. omn.; ceterum pro *triggvis*, recta lectione codicis B, cod. A ‡ *triggvs*, Specim. ‡ *traiggvs.*

1, 10. *managai*] Goth. c. codd. °καί. — *lausavaurdai*] cod. A ‡ *lausaivaurdai*, vid. ad Tim. 2, 3, 2; ceterum Goth. °καί. — *þishun*] desin. cod. B.

1, 11. *gardins allans*] domos totas, ∾ gr. omn.

1, 12. *auk*] enim, °gr.; Goth. aut cum cod. *d* ap. Mi. γάρ, aut cum cod. F et G δέ legit, sic *auk* pro graeco δέ legitur Rom. 8, 10. Cor. 1, 10, 20. 15, 50; cf. *auk jah* pro δὲ καί Cor. 1, 1, 16. 2, 13, 9. — *kretes*] sic cod. pro *kreteis*, cf. ad Luc. 10, 5 et Thessal. 2, 3, 17. — *biarja*] sic cod. A; Specim. ‡ *unbiarja*, cf. Grim. Gr. I, 39 (3. edit.) Ceterum quum haec verba versum heroicum, quem Paulus apostolus ab Epimenide vate desumpserit (vid. Blomf. ad Callim. Iov. 8), efficere inter omnes constet, Massm. l. l. p. 224 etiam verba gothica in eiusmodi versum compescere studuit; fecit autem hunc:

*kretos* (sic!) | *sintei-* | *no* [*ga*]- | *liugnjans* | *ubila* | *biar-* | *ja.*

Medius fidius nae, versus bellissimus!

1, 13. *ist*] gr. omn. ante *sunjeina.* — *wassaba*] sic nunc Cast. edidit, quum Specim. ‡ *þrussaba* edidisset, duae enim literae priores in cod. exesae sunt; *wassaba* adverbium firmatur ex substantivo *wasseí*, ἀπονοία, Rom. 11, 22. *þrussaba* autem nihil habet, quo probetur.

1, 14. *spilli*] sic cod. A pro *spille*, vid. Rom. 7, 5. Grimm I, 36. °°). — *afvandjandane sis sunja*] *sis* non

**2, 1 visandans jah ungalaubjandans jah du allamma vaurstve godaize uskusanai. Ïþ þu rodei þatei gadof ïst þizai hailon laiseinai — —**

---

existentes et non-credentes et ad omne operum bonorum reprobati. 2, 1. Verum tu loquere, quod decens est huic sanae doctrinae — —

---

abundat, uti Cast. existimat, sed addito *sis* Gothum verba media reddere, etiam Massm. l. l. p. 125 recte monet.

1, 16. *uskusanai*] cod. A marg. *ungakusanai*, quod etiam graeco ἀδόκιμος respondet, vid. Cor. 2, 13, 5 sqq.

# Du Filemauna.

11. 12 — ïþ nu þus jah mis bruks. þanuh ïnsandida. ïþ þu ïna þat-ïst meinos brusts
13 andnim. þanei ïk vilda at mis gahaban ei faur þuk mis andbahtidedi ïn band-
14 jom aivaggeljons. ïþ ïnu þein ragin ni vaiht vilda taujan ei ni svasve bi
15 nauþai þiuþ þein sijai ak us lustum. aufto auk duþe afgaf sik du weilai ei
16 aiveinana ïna andnimais. ju ni svasve skalk ak ufar skalk broþar liubana
17 ussindo mis ïþ wan filu mais þus jah ïn leika jah ïn fraujin. jabai nu mik
18 habais du gamana andnim þana sve mik. ïþ jabai wa gaskoþ þus aiþþau skula
19 ïst þata mis rahnei. ïk pavlus gamelida meinai handau ïk usgiba ei ni qiþau
20 þus þatei jaþ-þuk silban mis skula ïs. jai broþar ïk þeina niutau ïn fraujin

---

## Ad Filemonem.

11. — verum nunc tibi et mihi utilis. 12. Huncce misi; verum tu eum, id est mea viscera, excipe; 13. quem ego volui apud me retinere, ut pro te mihi ministraret in vinculis evangelii. 14. Verum sine tuo consilio non quidquam volui facere, ut non sicuti secundum necessitatem bonum tuum sit, sed ex animi-promtitudinibus. 15. Forsitan enim ideo detulit se ad tempus, ut aeternum eum excipias, 16. iam non sicuti servum, sed supra servum, fratrem dilectum, maxime mihi, verum quam multo magis tibi et in carne et in domino? 17. Si igitur me habes ad socium, excipe hunc uti me. 18. Verum si quid nocuit tibi aut debitor est, hoc mihi imputa. 19. Ego Pavlus scripsi mea manu, ego reddo, ut non dicam tibi, quod et tui ipsius mihi debitor es. 20. Profecto, frater, ego te fruar in domino;

---

## *Adnotatio.*

Quae de hac epistola supersunt, in solo cod. A continentur.

11. *þanuh*] Cast. existimat, Gothum pro ὄν legisse *οὖν*; sed huius coniecturae nulla est necessitas, *þanuh* pro *þanei* dictum est, uti saepius, vid. ad Ioh. 18, 26. ubi adde Luc. 16, 20. 17, 12. — *ïnsandida*] misi, gr. *ἀνέπεμψα*.

12. *meinos brusts*] mea viscera, cod. A marg. *meina h[air]þra*, quod idem significat; literas *air*, cum membranae parte abscissas, Cast. probe restituit, vid Cor. 2, 6, 12.

14. *þiuþ þein sijai*] cod. A et Cast. ‡ *þiuþeinssijai*, modo omissa litera *þ* propter sequentem eandem (vid. ad Marc. 10, 44), modo falso duplicata litera *s*. — *us lustum*] cod. A marg. *gabaurjaba* (libenter), quod saepius pro *ἡδέως* positum est, vid. Marc. 6, 20. 12, 37. 14, 65. Cor. 2, 12, 9. 15.

19. *þuk silban mis skula ïs*] notandum est, ad *skula ïs*, pariter atque nos hodieque loquimur, accusativum esse positum, quasi illud esset verbum transitivum; Rom. autem 13, 8. *ni ainummehun vaihtais skulans sijaiþ*, res debita genitivo ponitur. De accusativis, similiter ita positis, cf. Grimm Gr. IV, 755 sqq.

21 anaþrafstei meinos brusts in xristau. gatrauands ufhauseinai þeinai gamelida
22 þus vitands þatei jah ufar þatei qiþa taujis. bijandzuþ-þan manvei mis
23 saliþvos venja auk ei þairh bidos izvaros fragibaidau izvis. goleiþ þuk aipafras
sa miþfrahunþana mis in xristau iesu — —

---

refice mea viscera in Christo. 21. Confidens obsequio tuo scripsi tibi, sciens, quod etiam supra quod dico facis. 22. Simulque vero para mihi hospitium; spero enim, ut per preces vestras doner vobis. 23. Salutat te Epafras, hic concaptivus mihi in Christo Iesu — —

---

22. *bijandzuþ-*] unde hoc verbum ductum sit et quid vere significet, adhuc dubium est. Cast. Spec. p. 31 comparat anglosax. *bigeondan*, angl *beyond* et convertit per *praeterea;* Grimm Gr. III, 127*) a verbo *bijan* (i. e. praeterire, transire, progredi) ducit, et genitivum participii anomalum esse et pro adverbio positum *pariter, ulterius, praeterea* significare, existimat. Si *bijands* vere est participium, quod non dubitamus, etiam nominativus esse potest, (Grimm autem genitivum aut pluralis accusativum esse putat), ad subiectum enuntiati referendus, hoc sensu: *pergens, addens* para mihi hospitium; sic pro adverbiis graecis Gothus participia ponit: Cor. I, 16, 10 *ei teimauþaius unagands sijai at izvis*, gr. ἀφόβως γένηται. Thess. I, 2, 13 *veis aviliudom guþa unsveibandane* (sic pro edito *unsveibandane* in cod. legitur) gr. ἀδιαλείπτως. sic 5, 17. Aliis autem locis ἅμα, quod gr. h. l. habent, gothice est *samana* Ps. 53, 3. Col. 4, 3. Thess. 1, 5, 10. aut *suns* Thess. 1, 4, 17.

# FRAGMENTA
# VETERIS TESTAMENTI.

# I. Psalmorum fragmentum.

53, 2. 3 ... saei fraþjai aiþþau sokjai guþ. allai usvandidedun, samana unbrukjai vaurþun.

53, 2. .. qui intelligat aut requirat deum. 3. Omnes declinaverunt, simul inutiles facti-sunt.

## *Adnotatio.*

*Psalm.* Si Gothi reliquos veteris testamenti libros in sermonem suum conversos habebant, (vid. Prolegg. p. X sq.) etiam librum Psalmorum (*bokos psalmo* Luc. 20, 42. cf. Eph. 4, 8 cod. A marg.) translatum iis fuisse, certum putari posse existimamus, maxime quum *Sunja* et *Frithila*, sacerdotes gothici, iis operam suam impendisse ferantur (Massm. Skeir. p. 88 *). Illius quidem psalmorum translationis nunc nulla habemus fragmenta; nam illorum locorum, qui inde in novo testamento allegantur, interpretatio ducta est non e psalmorum libro ipso, sed e graeco novi testamenti textu, vid. Eph. 4, 8. ubi Gothus cum Apostolo dicit: *ussteigands in hauhiþa usharb hunþ jah atuhgaf giboe mannam.* quum Psalm. 68, 19 *ἀναβὰς εἰς ὕψος ἠχμαλώτευσας αἰχμαλωσίαν· ἔλαβες δόματα ἐν ἀνθρώπῳ* dicatur. Sic Ioh. 13, 18 *saei matida miþ mis hlaib ushof ana mik fairzna seina.* ubi Ulfilas recedens et ab hebr. et a Septuag. (Ps. 41, 10) e textu graeco Evangelistae hausit. Luc. 20, 42 *qaþ frauja du fraujin meinamma: sit af taihsvon meinai, unte ik galagja fjands þeinans fotubaurd fotive þeinaize.* ubi Evangelista cum Septuaginta (Ps. 110, 1) omnibus verbis concinit. Nam certum est, interpretationem veteris testamenti a Gothis non e codice hebraico factam esse, sed ex illa translatione graeca, maxime ex eo illius textu, quem Complutensis editio continet, aut ex Vulgata, versione latina, quae cum textu Complutensi ex eodem fonte fluxit; vid. Prolegg. p. XXIII. In huius sententiae fidem afferri potest etiam nostrum fragmentum Psalmi 53, 2. 3., quod edidimus e *Skeir.* p. 37. id enim a verbis hebraicis discrepans cum LXX concinit. Ad singula verba huius fragmenti nihil est notandum, nisi Massmannum p. 37. versionem graecam pressius sequentem pro *intelligat — requirat* — minus accurate *est* (immo *sit*) *intelligens — requirens* convertisse.

# II. Fragmentum libri Esdrae.

2, 8. 9. 10 . . . . . hunda ·m·e· sunjus zaxxaiaus ·w·j· sunive banauïs ·x·m·b·
11. 12. 13 sunive babavis ·x·k·g· sunive asgadis þusundi ·w·u·q· sunive adauneika-
14. 15. 16 mis ·x·j·q· sunive baggeisis tva þusundja ·j·q· sunive addin ·v·n·d· sun-
17. 18 jus ateiris sunaus aizaikeilns niuntehund jah ·h· sunive bassaus ·t·l·g· sunive

2, 8. ....(non)genti XLV; 9. filii Zachchaei DCCLX; 10. filiorum Banavi DCXLII. 11. filiorum Babavis DCXXIII; 12. filiorum Asgadis mille DCCLXXVI; 13. filiorum Adonicamis DCLXVI; 14. filiorum Baggesis duo millia LXVI; 15. filiorum Addinis CDLIV; 16. filii Atiris, filii Ezeciae nonaginta et VIII; 17. filiorum Bassi CCCXXXIII; 18. filiorum

## *Adnotatio.*

*Esdr.* 2, 8—27 versus adhuc ineditos Castillionaeus nobis edendos liberalissime tradidit, de codicis autem conditione haec scribit: „mirum in hac pagella numeri a textu graeco saepius discrepant, quum pagella iam edita passim concordent. Nonnunquam quidem fieri potuit, ut male legerim, sed hoc plus quam semel et iterum mihi accidisse vix crediderim, nam summam in lectione curam adhibui. Idem dicendum est de nominum scriptura et quod Gothus pro graeco *vloi (sunjus)* etiam genitivum *sunive* vid. ad vs. 10) et *vairos* ponit, quae certo sunt certiora. Nolo tamen dissimulare, pagellam omnem ita esse rescriptam (cf. Prolegg. p. XXXIV), ut lineae recentioris scripturae lineis veteribus impositae sint, neque illarum ulla pars perspicue appareat." Versus 28—42 iam editi sunt in Specim. p. 2.

2, 9. *zaxxaiaus*] Sept. Ζαχχού, Vulg. *Zachai*, Goth. quasi legisset in codice suo *Zaxxaiov*, hoc enim respondet formae editae, vid. L. 19, 2. 5. Fortasse secundum Compl. *Zaxχαΐα* scribendum est *zaxxailns*, cf. ad vs. 16.

2, 10. *sunive*] filiorum, sic nunc et in sequentibus saepius Gothus pro nominativo utitur genitivo, de quo usu post numeralia vid. Grimm. IV, 741 sq. — *banauïs*] Castillionaeo in cod. *baggauïs* scriptum esse videbatur; lectionem editam postulat Sept. *Βανού*, cf. hebr. et Vulg. *Bani*. Si Gothus Compl. secutus est, pro *banauïs* scripsit *banailns*, illa enim habet *Βανέα*.

2, 11. *babavis*] cod. ‡ *babaavis*, litera *a* falso duplicata, cf. Tim. 2, 4, 14. sic etiam vs. 25 *kareiaþiareim* legendum est pro lectione cod. *kareiaþiaareim*.

2, 12. *þusundi*] Cast. legit *þusund*, sed rectam lectionem in cod. existere speramus, literula enim *i* legentis aciem oculorum facile effugere potest. — *u·q·*] LXXVI, gr. et Vulg. *εἴκοσι δύο* (*·k·b·*).

2, 13. *adauneikamis*] quia Sept. habent *Ἀδονικάμ*, exspectabas *adoneikamis*, sed vid. ad Tim. 2, 1, 5.

2, 14. *baggeisis*] sic legit Cast., sed sine dubio falsum; Sept. *Βαγουί*, Vulg. et hebr. *Begvai*, fortasse h. l. scriptum est l. *baggauïs*. — *·j·q·*] LXVI, Sept. et Vulg. LVI (*·n·q·*).

2, 15. *þusundja*] notandum est, *þusundi*, quod aliis locis genere est feminino, h. l. neutrorum flexionem sequi; pariter Islandis *þusund*, antea uti femininum inflexum, postea neutrum factum est, vid. Gr. I, 764. — *addin*] mirum est, quod forma sine terminatione posita est, exspectabas *addinis*; attamen infra vs. 21 etiam *baiþiaem* pro *baiþiaemis*.

2, 16. *sunjus*] sic legendum est, cod. ‡ *sunaus*, quod mendum, si vere ita scriptum est, ex eodem verbo sequenti ortum est. — *sunaus aizaikeilns*] filii Ezeciae, hebraicum לִיחִזְקִיָּה, quod Sept. ad verbum per τῷ Ἐζεκίᾳ et Vulg. per: *qui ex Ezechia erant*, dederunt, Gothus scriptoris cogitationem optime assecutus et voluntatem interpretatus probe convertit. Ceterum pro *aizaikeilns* Cast. ‡ *aizaikeliais*; nomina propria in — *a* desinentia, gothice flectuntur, uti emendavimus, vid. 35 *sainnaïus*. 40 *odueilns*. Neh. 6, 18 *saikaineilns*, *aieirins*, *barakeilns*, al. propterea etiam mutandum erat vs. 18 *Ioriein* in *Iorins*, et 36 *aiddunis* in *aidduïns*. — *niuntehund*] sic legendum est, cod. ‡ *niunhund*; cave autem legendum esse *existimes niunhunda*, nam non nongenti erant illi, sed nonaginta.

2, 17. *·l·g·*] XXXIII, gr. et lat. XXIII (*·k·g·*).

19. 20. 21 ïorins ·r·i·b· sunive assaumis ·s·k·g· sunive gabairis ·ʏ·e· sunive baiþ-
22. 23. 24 laem ·r·k·g· sunive naitofaþeis ·r·m·q· sunive anaþoþis ·r·k·h· sunive
25. 26 asmoþis ·r·n·h· vairos kareiaþiareim jah kafairi jah beroþ ·w·m·g· vairos
27. 28 rama jah gabaa ·x·i·b· vairos makmas ·r·k·b· vairos baiþilis jah aai ·s·k·g·
29. 30. 31 vairos nabavis ·n·b· sunjus makeibis ·r·n·q· sunjus aillamis anþaris þu-
32. 33 sundi ·s·n·d· sunjus eiramis ·t·k· sunjus lyddomaeis jah anos ·w·k·e· sunjus
34. 35 eiaireikons ·t·m·e· sunjus sainnaïns ·g· þusundjos ·x·l· jah gudjans sunjus
36. 37 aidduïns us garda Iesuis niunhunda ·u·g· sunjus aimmeirins þusundi ·n·b·

---

Iorae CXII; 19. filiorum Assomis CCXXIII; 20. filiorum Gaberis XCV; 21. filiorum Bethlemis CXXIII; 22. filiorum Netofathis CXXXXVI; 23. filiorum Anathothis CXXVIII; 24. filiorum Asmothis CLVIII; 25. viri Cariathiarim et Caferi et Beroth DCCXLIII; 26. viri Rama et Gabaa DCXII; 27. viri Macmas CXXII; 28. viri Bethilis et Aai CCXXIII; 29. viri Nabavis LII; 30. filii Macebis CLVI; 31. filii Ellamis alterius mille CCLIV; 32. filii Eramis CCCXX; 33. filii Lyddomais et Anois DCCXXV; 34. filii Iericonis CCCXLV; 35. filii Sennaae III millia DCXXX; et sacerdotes: 36. filii Edduae ex domo Iesuis nongenti LXXIII; 37. filii Emmirae mille LII;

---

2, 18. *ïorins*] Cast. ‡ *ïorisis;* vid. ad vs. 16. Cast. in hoc codice *si* saepius pro *n* legit, vid. praecipue ad Neh. 5, 18.

2, 20. ·ʏ·] de hoc signo, non litera, sed episemo, graeco *κόππα* respondente et numerum nonagenarium significante, in Grammatica exponetur; interea cf. Buttmann Gr. Gr. I. p. 12. Anm. 5. Matthiae Gr. Gr. I. p. 22. 24. Schneider Formenl. d. Lat. Spr. I. p. 322. et de forma episemi graeca, gothicae simili, Bast ad Gregor. Cor. p. 82. Cast. non satis curate distinguens scribit *u*. Pariter Gothi altero episemo ϡ, quod graece *σαμπῖ* s. *σὰν* vocatur, ad significandum nongentenarium numerum utuntur, vid. Prolegg. XI. pro quo signo, quum infra vs. 36 *niunhunda* numerale positum sit, Cast existimavit, Gothos hunc numerum non nisi numerali verbo exprimere.

2, 21. *baiþlaem*] cod. ‡ *baaaiþlaem;* pro terminatione — *em* debebat esse — *aim;* sed sic gothicum *e* longum pro brevi *ε* graeco etiam in *tertius* Rom. 16, 22 (*Τέρτιος*). *ïared* L. 3, 37 (*Ἰαρέθ*) ponitur. Ceterum quod *baiþlaem* sine terminatione dicitur, vid. ad vs. 15.

2, 22. *naitofaþeis*] Sept. Vulg. *Νετωφά*, Goth. c. Complut. *Νετωφάθ.* — ·r·m·q·] CXXXXVI, Sept. et Vulg. *πεντήκοντα ἕξ* (·n·q·).

2, 24. ·r·n·h] CLVIII, Sept. et Vulg. *τεσσαράκοντα τρεῖς* (·m·q·).

2, 25. *vairos*] viri, Sept. et Vulg. *viol.* sic vs. 26 et 29. — *kareiaþiareim*] vid. ad vs. 11. — *kafairi*] sic Cast. legit, sed sine dubio falsum est pro *kafira*, nam Sept. *Χαφιρά* et Vulg. *Cephira* habent.

2, 26. *vairos*] vid. ad vs. 25. — ·i·b·] XII, Sept. et Vulg. *ἑπτὰ εἷς* (·k·a·).

2, 28. *aai*] sic Cast. edidit, sed ea lectio neque cum Sept. (*Αἰά*) neque cum Complut. (*Αἱ*) concinit, fortasse legendum *ai*, cf. ad vs. 11. — ·s·] CC, Sept. *τετρακόσιοι* (·v·); Goth. cum Complut.

2, 29. *vairos*] vid. ad vs. 25.

2, 31. *aillamis anþaris*] Ellamis alterius, Sept. *Ἰλαμάρ.* Goth. c. Complut. Ceterum pro *aillam* exspectabus *ellam*, sed vid. ad M. 8, 28.

2, 32. *eiramis*] Sept. *Ἰλάμ*; Goth. c. Complut. *Ἡράμ.* ceterum cod. et Cast. ‡ *eeiramis.*

2, 33. *lyddomaeis*] an hoc rectum sit, dubitamus, certe neque cum Sept. (*Λοδωδί*), neque cum Complut. (*Λοδαδίδ*) concinit. — *anos*] gr *Ὠνώ.*

2, 35. *sainnaïns*] Cast. Spec. ‡ *ainnaïns*, librarius enim *s* ab initio praetermisit, quia verbum praecedens in eandam literam desinebat, vid. ad Mc. 10, 44; ceterum — *ïns*, punctis distinctum, Cast. nunc in cod. legit.

2, 36. *aidduïns*] Cast. ‡ *aiddunis*, nam gr. *Ἰεδουά*, vid. ad vs. 16. — *us garda*] ex domo, gr. *τῷ οἴκῳ*, Vulg. *in domo;* cf. vs. 40 et ad vs. 16. — *Iesuis*] h. l. librarius scriptione compendiaria (*Ïuïs*) non utens omnes literas scripsit, quod hanc ob causam fecit, quia h. l. non de Iesu Christo agitur, sed de alio homine cognomini, sic vs. 40 et Col. 4, 11. Sic etiam *guþ* in plurali (Zahn ad Ioh. 10, 34) et *frawja*, ubi non de Christo dicitur, plene scribuntur.

38. 39. 40 sunjus fallasuris þusundi ·s·m·z· sunjus ïareimis þusundi ·i·z· jah laivvei-
41 teis sunjus ïesuis jah kaidmeielis us sunum oduei͏̈ns ·u·d· sunjus asabis
42 liuþarjos ·r·n·h· sunjus dauravarde sunjus saillaumis jah sunjus ater....

38. filii Fallasuris mille CCXLVII; 39. filii Iarimis mille XVII; 40. et Levitae: filii Iesuis et Cedmielis de filiis Oduiae LXXIV; 41. filii Asabis, cantores, CLVIII; 42. filii ianitorum; filii Sellomis et filii Ater...

2, 38. *fallasuris*] sic edidit Cast., gr. Φασούρ aut Φασσούρ, quod gothice est *fassuris*; lectio codicis, in quo *a* et *l* difficile distinguuntur, eodem modo orta esse videtur, quo supra *baaaiþlaem* pro *baiþlaem*.

2, 39. *ïareimis*] Sept. Ἰρεμ, Goth. cum Vulg. *Harim* (Complut. Χαρίμ) legisse videtur. — ·*i·z*·] XVII. Sept. ἑπτά, Goth. c. Complut.

2, 40. *Kaidmeielis*] gr. καδμιήλ, Goth. c. Vulg. *(Cedmihel)*.

2, 41. *sunjus asabis liuþarjos*] filii Asabis cantores, Sept. Vulg. hebr. *oi ᾠδοντες υἱοὶ Ἀσάφ*. — ·*n·h*·] LVIII, Sept. Vulg. hebr. εἴκοσι ὀκτώ (·*k·h*·).

2, 42. *sunjus*] sec., cod. ‡ *sunaus*, quod iam Cast. Spec. recte monuit. — *jah*] et, ° Sept. et Vulg.

# III. Fragmentum libri Nehemiae.

5, 13 ....jah qaþ alla gamainþs amen jah hazidedun fraujan jah gatavidedun þata
14 vaurd alla so managei. jah fram þamma daga ei anabauþ mis ei veisjau fau-
ramaþleis ïze in ïudaia fram jera ·k· und jer ·l· jah anþar artarksairksaus

5, 13. ....et dixit omnis coetus: amen! et laudaverunt dominum et fecerunt hoc verbum omnis hic populus. 14. Et ab hoc die, quo praecepit mihi, ut essem praefectus eorum in Iudaia ab anno XX. usque ad annum XXX. et alterum Artarxerxis

## *Adnotatio.*

*Nehem.* Hoc fragmentum editum est in Specim. p. 4—6.

5, 13. *alla gamainþs*] paulo post Goth. dicit *alla so managei*, qui usus articuli post *alls* ponendi frequentior est (Grimm. IV, 391), tamen vid. Mc. 11, 18 *alla managei*. Grimm. IV, 515. — *tavidedun*] fecerunt, Sept. Vulg. hebr. *fecit*; sic Gothus post nomina collectiva verbo plurali uti solet, vid. Grimm. IV, 191. — *þata vaurd — managei*] ∾ omnes libri; ceterum *alla* (omnis) ° omnes.

5, 14. *jah*] pr. et, °Sept.; Goth. c. Compl. (καὶγε). — *þamma daga ei*] vid. ad L. 1, 20. — *ei veisjau fauramaþleis*] Cast. ‡ *ei veisi du fauramaþleis*, vid. Löbe Beitr. zur Textbericht. der Skeir. p. 35 *). Ceterum Sept. scribunt: εἶναι εἰς ἄρχοντα, quod est gothice *visan du fauramaþja*, vid. Col. 4, 11 *þatei vesun mis du gaþrafteinai*; et propter hanc differentiam et quod *ei* post *anabiudan* ponit pro infinitivo, quem praebent Gr. et quo Gothus cum Graecis post hoc verbum omnibus aliis locis uti solet, vix est dubium, quin Gothus e Vulg. *(ut essem dux)* converterit. — *in ïudaia*] in Iudaea, omnes libri ἐν γῇ Ἰούδα, quod est *in ïudaialand*, vid. Mc. 1, 5. cf. L. 3, 1. — *und*] Sept. hebr. καὶ ἕως; Goth. c. Vulg. — *anþar*] Cast. ‡ ·*b·n·þ*[*is*], uti nos edidimus, in cod. scriptum esse videri, Cast. ipse nunc dicit; certe aliter scribi non potest. — *artarksairksaus*] Sept. hebr. Ἀρθασασθά; Goth.

þiudanis ·i·b· jera ik jah broþrjus meinai hlaif fauramaþleis meinis ni matidedum.
15 Iþ fauramaþljos þaiei veisun faura mis kauridedun þo managein jah nemun at
im hlaibans jah vein jah nauhþanuh silubris sikle ·m· jah skalkos ize fraujino-
16 dedun þizai managein; iþ ik ni tavida sva faura andvairþja agisis guþs. jah
vaurstv þizos baurgsvaddjaus ni svinþida jah þaurp ni gastaistald jah þivos
17 meinai jah allai þai galisanans du þamma vaurstva. jah ïudaieis jah þai faura-
maþljos ·r· jah ·n· gumane jah þai qimandans at unsis us þiudom þaim bisun-
18 jane unsis ana biuda meinamma andnumanai veisun. jah vas fraquman dagis
wizuh stiur ·a· lamba gavalida ·q· jah gaitsa gamanvida vas mis. jah bi ·i· dagans
gaf vein allai þizai filusnai [jah allai þizai managein] jah *allamma þo alla* hlaif

---

regis, XII annos, ego et fratres mei panem praefecturae meae non comedimus. 15. Verum praefecti, qui fuerunt ante me, gravarunt hunc populum et acceperunt ab illis panes et vinum et etiam argenti siclorum XL, et servi eorum imperaverunt huic populo; verum ego non feci sic coram facie timoris dei. 16. Et opus hujus muri non prohibui et agrum non acquisivi et servi mei et omnes hi collecti ad hoc opus. 17. Et Iudaei et hi praefecti C et L virorum et hi profiscentes ad nos ex gentibus his circum nos ad mensam meam excepti erant. 18. Et erat consumtum die quovis bos I, arietes electi VI et hircus paratus erat mihi, et in X dies dedi vinum omni huic multitudini [et omni huic populo] et *omni hanc omnem* panem

---

c. Vulg. — *þiudanis*] regis, °Sept.; Goth. c. Compl. — *·i·b· jera*] XII annos, ∾ omn. libri. — *hlaif — matidedum*] panem — comedimus, Sept. *βλαν αὐτῶν οὐκ ἔφαγον*. Goth. c. Compl. *ἄρτον τῆς ἡγεμονίας μου οὐκ ἐφάγομεν*.

5, 15. *Iþ — managein*] verum — populum, Sept. *καὶ τὰς βλας τὰς πρώτας, ἃ πρὸ ἐμοῦ ἐβάρυναν ἐπ' αὐτούς*. Goth. c. Compl. *οἱ δὲ ἄρχοντες οἱ ἔμπροσθέν μου ἐβάρυναν ἐπὶ τὸν λαόν*. — *hlaibans — vein*] panes — vinum, Sept. Vulg. *ἐν ἄρτοις — ἐν οἴνῳ*, nimirum ad verbum reddentes hebr. לֶחֶם; Goth. probe convertit. — *jah nauhþanuh*] et etiam, gr. *ἔσχατον*. — *sikle*] siclorum, Sept. *δίδραχμα*, Goth. c. Compl. *σίκλους*. — *skalkos — fraujinodedun*] servi — imperaverunt, Sept. *ἐκτετιναγμένοι — ἐξουσιάζονται*, Goth. c. Compl. *τὰ παιδάρια — ἐκυρίευσαν*. — *guþs*] dei, sic Goth. cum Sept. et Vulg., quamquam Compl. *κυρίου*.

5, 16. *vaurstv — svinþida*] opus — prohibui, Goth. contemta auctoritate Complut. (*ἐν ἔργῳ τοῦ τείχους τούτων ἐκράτησα*) et Vulg. (*quin potius in opere muri aedificavi*), ad Sept. propius accedit, qui convertunt: *ἐν ἔργῳ τοῦ τείχους τούτων οὐκ ἐκράτησα*. — *jah*] pr. et, °Sept.; Goth. c. Vulg. et hebr. — *jah þivos meinai*] et servi mei, °Sept.; Goth. c. Complut., omittit autem *ἐκεῖ* (*jainar*) post *galisanans*, quod omnes habent, et cum Sept. et Vulg. legit *ἐπί* pro *διά*.

5, 17. *jah þai fauramaþljos*] et hi praefecti, °Sept.; Goth. c. Compl.; sed praeter hanc auctoritatem cum Sept. post. *·r·* inserit *jah* (et). — *þai*] sec. hi, °omnes gr. et lat. — *andnumanai veisun*] excepti erant, °Sept. et hebr., cf. Vulg. quae *erant* addit.

5, 18. *vas fraquman*] erat consumtum, Goth. neque cum gr. et hebr. (*γινόμενον*), neque cum Vulg. (*parabatur*) concinit. — *wizuh*] quovis, omn. *μίαν* (*ainis*), sed probe Gothus convertit. — *·a·*] Goth. c. hebr. °*καί*. — *gavalida ·q·*] ∾ omn. libri. — *gaitsa*] sic cod. teste Cast., exspectabas *gaitja*. — *dagans*] °Goth. *ἐν πᾶσι*, inserit autem *allai* ante *þizai filusnai* et *gaf* (dedi) ante *vein*, contra omnium auctoritatem, nisi quod Vulg. infra *tribuebam* addit. — *filusnai*] sic cod., Cast. ‡ *filussiai*. Ceterum quum quae subsequuntur, *jah allai þizai managein* (et omni huic populo), in nullo alio libro legantur, non est dubium, quin duas lectiones in textu mixtas habeamus, quarum altera (*filusnai, πλήθει*) textui graeco magis accommodata est, ubi ad multitudinem vini refertur, de qua in textu sermo est; altera autem (*managein*) magis consentit cum ratione, qua interpres sensum scriptoris accepit. Rectius esset, si legeretur *all in þizai filusnai*. — *jah allamma þo alla hlaif*] sic edidit Cast., sed certo falsa est lectio; quid enim primum *allamma* significat et cui verbo textus respondet? deinde *hlaifs* est genere masculinum, non femininum; tum si articulus cum *alls* junctus ponitur, locum

fauramaþleis meinis ni sokida in þize ei ni kauridedjau þo managein in þaim
6, 14 vaurstvam — — — . . . te þaiei þrafstidedun mik. jah ustauhana varþ so
15. 16 baurgsvaddjus ·e· jah ·k· daga menoþs *ailulis* ·n· dage jah ·b· jah varþ
sve hausidedun fiands unsarai allai jah ohtedun allos þiudos þos bisunjane
unsis jah atdraus agis in ausona ize abraba jah ufkunþidun þatei fram guþa
17 unsaramma varþ usfulliþs þata vaurstv. jah in dagam jainaim managai veisun

---

praefecturae meae non quaesivi, propter haec, ut non gravarem hunc populum in his operibus ... — — 6, 14. — (pro phe)tarum, qui exhortati-sunt me. 15. Et perfectus erat hic murus V. et XX. die mensis Elulis L diebus et II. 16. et factum-est, ubi audiverunt inimici nostri omnes, et timuerunt omnes gentes hae circum nos, et cecidit timor in aures earum vehementer et cognoverunt quod a deo nostro fuit perfectum hoc opus. 17. Et in diebus illis multi erant

---

habet aut post *alls*, aut si praecedit, *alls* post substantivum ponitur, vid. Grimm IV, 515 sq. postremo si vera esset lectio edita, interpres, quae in graec. (*καὶ σὺν τούτοις*) et Vulg. (*insuper et*) sunt, minus curate, ne dicamus sine sensu convertisset. Accedit autem, quod in codice
m
non *allamma*, sed *alla* scriptum est, quod Castillionaeo compendium pro *allamma* esse videbatur. Si consideramus textum Vulgatae, quam Gothus contemta graecorum auctoritate non semel sequitur, abest apud Gothum *et alia multa, insuper et* (*καὶ σὺν τούτοις*), id autem facili negotio etiam nostro restituere possumus, si pro soloeca lectione edita scribimus *jah alla miþ þaim jah* (et omnia; cum his etiam). — *klaif*] panem, Sept. *ἄρτους*; Goth. c. Complut. — *fauramaþleis meinis*] praefecturae meae, Sept. *τῆς βίας*; Goth. c. Complut. *τῆς ἡγεμονίας μου*. — *in þize — vaurstvam*] propter haec — operibus, Gothus sensum magis, quam verba scriptoris sequitur, propius tamen ad graec. (*ὅτι βαρεῖα ἡ δουλεία ἐπὶ τὸν λαὸν τοῦτον*) quam ad Vulg. (*valde enim attenuatus erat populus*) accedit. Ceterum de *þize et* div. scribendo vid. ad Tit. 1, 5.

6, 14. ... *te*] *praufete* Cast. recte explet. — *þrafstidedun*] si vere ita in cod. scriptum est, interpres sensum scriptoris plane pervertit; nam Noadia et alii prophetae, Nehemiam non consolati nec hortati sunt, (id quod significat *þrafstidedun*), sed potius omnem operam impendebant, ut eius consilium muri aedificandi impedirent, igitur erant *φοβερίζοντες*, id autem gothice est *þlahstidedun*, vid. Cor. 2, 10, 9. *eī ni þugkjaina sve þlahsjandane izvis þairh bokos* (*ἐκφοβεῖν ὑμᾶς*).

6, 15. *daga*] die, ° Sept. et hebr.; Goth. c. Vulg. — *menoþs ailulis*], Cast. *men* ..., quod literas sequentes propter membranae fissuram legere non potuit; explevimus e textu graeco (*Ἐλουλ μηνός*) vel potius e Vulg. transpositis verbis *mensis Elul* praebente. — *dage jah ·b·*] ∾ omn.

6, 16. *allai*] sic legendum est, Cast. ‡ *allans*, nimirum praeter *all* ... nihil cognosci potest. Neque igitur opus est coniectura minus felici Grimmii IV, 516. qui opinatur, Gothum in libro suo *πάντας* legisse, qui accusativus ab *hausidedun* pendeat. Ceterum *allai* omn. libri habent ante *fiands*. — *jah*] sec. et, notanda constructio, quam omissa Vulg. auctoritate, cum Sept. communem habet; sic *jah* in apodosi saepius ponitur, cf. ad M. 8, 14. — *ausona*] aures, Sept. hebr. *ὀφθαλμοῖς*, quapropter Cast. *ausona* mendum librarii pro *augona* esse censet. — *abraba*] Sept. hebr. post *agis* ponunt. — *ufkunþidun*] sic cod pro usitato *ufkunþedun*, vid. ad L. 8, 56. — *usfulliþs*] sic cod., uti Massm. Sk. p. 182 monuit, Cast. ‡ *usfulliþe*. Lectio autem codicis offensionem habet, quod *usfulliþs*, genere masculinum, ad *vaurstv* subiectum genere neutrum pertinet; sic vero saepius, maxime si praedicatum praecedit. Gal. 2, 10 *vairþiþ garaihts ainhun leike*. Skeir. 40, 14. *naudiþaurfts vas jah gadob* — *anþar* (genere neutrum); aliter neutrum praedicati ad nomina feminina refertur: Gal. 5, 11 *gatauran ist marzeins*. Eph. 3, 10 *kunniþ vesi — so handugei*; aut masculinum, maxime si substantiva inanimata inniuntur, uti Rom. 7, 8 et 11 *lev nimands fravaurhte*. Quod Sk. 49, 17 legitur *visandin vaihtai*, id pro *visandein* esse, ad Tim. 1, 1, 4 monuimus. Praeter participia etiam adiectiva et pronomina possessiva a nominibus suis genere saepe differunt, de qua re in Grammatica exponemus.

6, 17. *managai* — *ïm*] multi — eos, Gothus et a graec. (*ἀπὸ πολλῶν ἐντίμων Ἰούδα ἐπιστολαὶ ἐπορεύοντο πρὸς Τωβίαν καὶ αἱ Τωβία ἤρχοντο πρὸς αὐτούς*) et a Vulg. (*multae optimatum Iudaeorum epistolae mittebantur ad Tobiam et a Tobia veniebant ad eos*) discrepans, tamen

þize reikjane Iudaie þaiei sandidedun aipistulans du tobeiin jah tobeias du Im.
18 managai auk in Iudaia ufaiþjai veisun Imma, unte megs vas saikaineins sunaus
aieirins jah Ioanan sunus is nam dauhtar maisaullamis sunaus barakeins du
19 qenai. jah rodidedun du Imma — — in andvairþja meinamma, jah vaurda
7, 1 meina spillodedun Imma jah aipistulans insandida tobeias ogjan mik. jah varþ
sve gatimrida varþ so baurgevaddjus jah gasatida haurdins jah gaveisodai
2 vaurþun dauravardos jah liuþarjos jah laivveiteis. jah anabauþ ananiin
broþr meinamma jah ananeiin fauramaþlja baurgs Iairusalems. unte sa vas vair
3 sunjeins jah ogands fraujan ufar managans. jah qaþ im ni uslukaindau daurons
Iairusalems und þatei urrinnai sunno — —

horum regum Iudaeorum, qui miserunt epistolas ad Tobiam et Tobias ad eos. 18. Multi enim in Iudaea iurati erant ei, nam gener erat Seceniae, filii Eïrae, et Ioanan, filius eius, duxit filiam Mesollamis, filii Baraciae, uxorem. 19. Et locuti-sunt ad eum (pertinentia) in praesentia mea, et verba mea nuntiarunt ei, et epistolas misit Tobias, terrere me. 7, 1. Et factum est, ubi aedificatus fuit hic murus, et posui valvas et recensiti fuerunt ianitores et cantores et Levitae: 2. et praecepi Ananiae, fratri meo, et Ananiae, praefecto urbis Ierusalemis, nam hic erat vir verax et timens dominum super multos; 3. et dixi eis, ne aperiantur portae Ierusalemis usque dum oriatur sol. — —

brevi et eleganti sermone cogitationem scriptoris optime assecutus est.

6, 18. *ufaiþjai*] Cast. *ufaiþeai* edidit, quod Grimm Gr. I, 59 (3. edit.) pro *ufaiþjai* accipiendum esse existimat; sed ne sic quidem illa lectio recte habet, nam unde *ufaiþjai* esse debet? Lectio nostra et formae integritate commendatur, et quod *j* et *e* saepius a librariis permutantur, cf. ad Tim. 1, 6, 13. accedit ut Cast. ipse nunc confiteatur, dubium esse, utrum *ufaiþeai* an *ufaiþjai* scriptum sit. — *aieirins*] Gr. Ἡραέ, Vulg. *Area*, cum quo Goth. fortasse legit et *aireins* scripsit, cum literarum falsa transpositione cf. ad Joh. 18, 36. Cum Vulg. etiam *Ioanan* legit, pro quo Gr. Ἰωνάν habent.

6, 19. *du Imma* — —] Cast. *du* modo edidit et locum adeo obliteratum esse dicit, ut quae deinde sint scripta, legi non possint, videri autem supplenda verba, quae significent τὰ συμφέροντα αὐτῷ, quae legantur in Complut. Postea Massm. Skeir. p. 182 post *du* legit *Imma*, reliqua explicare non potuit. Quae autem cum ita sint et *du Imma* a verbo obliterato pendere debeat, verbum illud significationem graeci συμφέρειν habere non potest, nam his verbis *(dugan, batiso visan)* praepositio *du* iungi non solet (alia enim est ratio Tim. 2, 2, 14 *du vaihtai ni daug*); sed potius significationem minus definitam, v. c. pertinere, et ipsum esse potest *fairrinnan*, quod cum *du* iungunt Gothi, Eph. 5, 4. Sic quidem Gothus a Complut. (*καίγε τὰ συμφέροντα αὐτῷ ἔλεγεν*) et Vulg. *(sed et laudabant eum)* aliquanto differt et propius ad Sept. (*καὶ τοὺς λόγους αὐτοῦ ἦσαν λέγοντες*) accedit, sed sic saepius inter utrumque textum medius est, cf. ad 5, 16. — *ogjan*] sic cod.; Cast. ‡ *otjan*.

7, 2. *broþr*] sic cod.; Cast. ‡ *broþri*. — *Iairusalems*] Ierusalemis, gr. ἐν Ἱερουσαλήμ. — *vas*] erat, omn. libr. ὡς, sed sunt inter graecos, qui ἦν legant. — *ufar*] super, Sept. παρά, Goth. c. Complut. ὑπέρ.

ΕΙΑΝΑΑΙΝΚΑΚΝΑSΤΑΨΑΝSΑΤϹΑΙΑΑΝ:
ΝΙΗΑΑΑΙSΪSΤΘΑΡΗΑΓΙΝΙSΨΑ
ΤΕΙΝΙΓΑΒΑΙΚΗΤϹΑΙΑΑΗ· ΝΙΗΥΑΚΨ
ΑΝΑΑΑΙΝΓΝΑΚΕΙSΥΙΚΙΝΝΨΥΑΙΚΨΑΙ
ϹΑΒΑΙΘΑSΗΑΒΑΙΑΙΝSΩΝΑΗΑΙΝS
ϹΑΝΑΩΝΑΓΑΗΑΙΝSϹΑΙ:
ϹΑΗUΑΨΑΝΪΜSΑΙΘΙΨΘΑΗΑΙΝSΕΙΨ
ΪΝΨΙΖΑΙΕΙΜΙΤΑΨΜΙΤΙΨΜΙΤΑΩΑ
ΪΖΥΙS· ϹΑΗΒΙΑΙΝΚΑΩΑΪΖΥΙSΨΑΙΜ
ΓΑΑΑΙΝΒϹΑΝΩΑΜ: ΙΝΤΕΨΙSΘΑΜ
ΜΕΗSΑΕΙΗΑΒΑΙΨΓΙΒΑΩΑΪΗΜΑ·
ϹΑΗSΑΕΙΝΙΗΑΒΑΙΨϹΑΗΨΑΤΕΙΗΑ
ΒΑΙΨΑΡΝΙΜΑΩΑΪΗΜΑ:
ϹΑΗUΑΨSΥΑΪSΤΨΙΙΝΩΑΝΓΑΚΩΙ
ΓΨSSΥΑSΥΕϹΑΒΑΙΜΑΝΝΑΥΑΙΚΠΙΨ
ΡΚΑΙΥΑΑΝΑΑΙΚΨΑϹΑΗSΑΕΠΙΨϹΑΗ
ΝΚΚΕΙSΙΨΝΑΗΤϹΑΗΩΑΓΑ· ϹΑΗ
ΨΑΤΑΡΚΑΙΥΚΕΙΝΨϹΑΗΑΙΝΩΙΨ
SΥΕΝΙΥΑΙΤΪS. SΙΑΒΩΑΝΚΑΙΚΨΑ
ΑΚΚΑΝΒΑΙΚΙΨΡΚΗΜΙSΤΚΑS·



I.



II.



III.



IV.



V.